

Bibliothèque numérique

medic@

**Galien / Guidi, Guido. Galeni
Pergameni de Fasciis Libellus, a Vido
Vidio Florentino Latinitate donatus,
congruisque iconibus illustratus**

S.E., s.d..

Cote : 33295x02

GALENI PER-
GAMENI DE FA-
SCIIS LIBEL-
LVS,

A VIDO VI-
dio Florentino Latinitate
donatus, congruisq;
iconibus illu-
stratus.

9

Bibliopola Lectori S.



viri doctissimi, iidemque
mei amantissimi, de opusculo
hoc in cōsiliū adhibiti, Vidi Vi
dij iudicio cōcordib⁹ suffragiis
subscribere, legitimūq; indubiē Galeni
fœrum esse renūtiarē: operæpretiū me fa
cturū iudicavi, si vnā cū Lacunæ Epitome
in lucē id edendū curarē: non temere nimi
rum suspiciās, in superioribus editionibus,
non tā autoris iudicio, quā typographo
rum culpa, fuisse prætermissum, qui cū ilo
neis iconibus instructi nō essent, in iis cō
parādis sumptū facere aut noluerūt, aut vr
gentibus iam prelis, tempestiuē nō potue
runt. Habes itaq; Candide Lector, *ypocritus*
Galeni de Fasciis libellū, figuris non incō
cinnis, (quas eū in vsum scalpēdas curavi
mus) feliciter illustratū: eūq; nulla Epi
tome circuncisum, quōd in tāta breuitate
nihil citra perniciem rescindi posse videre
tur. Non deerāt, qui Oribasij de Laqueis
& Machinamētis libellos, vnā cū hoc con
iungendos putarēt. Verū nos autoris iudi
ciū sequuti, nihil hic alieni admittendū du
ximus: satius rati, commodiori eos loco re
seruare, auspiciatius cū Epitome Cōment.
Galeni in Hippocratē, ppediē prodituros.
Vale.



G A L E N U S D E
F A S C I I S , V I D O V I-
D E O F L O R E N T I-
N O I N T E R-
P R E T E .

✱



HIPPOCRATES ille au-
 ctor, vetustissimus mundi-
 cium spectans, quam exiguit
 alia artes in agendo, mihi
 videtur non inconsiderate
 protulisse. Nobis scñe pla-
 cet in arte vniuersa animi
 intentionem adhiberi, in quacunque enim ope-
 ra decorè agere rectèque possumus, decorè ac
 rectè agere conuenit: quacunque mundiciem
 celeritatèque admittunt, celeriter mundèque
 conficienda sunt: atque ubi euitari dolor possit,
 quam maximè iocundè: tum reliqua huius ge-
 neris omnia praeclarè agere debemus, quam
 alijs eiusdem artus professores]. Siquidem (ut in
 multis, quae efficiuntur, videre licet) artifices
 rsum habentes non alia re praestant ignavis &
 expertibus, quam celeritate atque elegantia.

A 2

Medicum ergo eo magis quam alium artificem fungi decet suo munere, quo sibi nobilior est subiecta materies, & idcirco, siue fecerit, siue adurat, siue alliget, siue quid aliud manu molitur, non modo utilitati studere debet, sed muneris & elegantie, quemadmodum ipse alibi rursus testatur, quum inquit [Vinculi ratio duplex, altera illius quod inicitur, altera illius, quod iniectum est, quod inicitur, ut celeriter, iocunde, prompte, eleganter, celeriter quidem, ut opus expediatur: iocunde, ut facile praestetur: prompte, ut ubique sit in promptu: eleganter, ut oculos delectet]. Malis enim in nonnullis corporis partes incumbentia, idoneam vincendi rationem postulant, eamque per se homo sepius deo-ram expetit, quare tam solius egrotantis gratia, quam omnium quibus suis videndi copia faciet, si re oportet, quae vincula & simplicia, & varia, singulis partibus accommodentur: nec ignorandum est nonnullis utraque convenire, nonnullis alterutra, nempe varia, licet alij secus existiment, de qua controuersia primo diiudicare operaprecium est. Expellunt nonnulli varia vincula, non modo tanquam nihil proficientia, sed veluti ipsum praestantia maxime alienum, id quod nulla stabili ratione firmant: sed testimonio maiorum nituntur, primum Hippocratis, qui inquit [Sed qui praestantia vincula amant, sine mente complura alia ladunt] praestantia id est ratione.

na: deinde Mantia referentis cuidam oculos
 procidisse, cui pharmacopola caput & faciem
 vario vinculo deligauerat, idque iure putant
 euenisse, quod fascia ob varietatem inaequales
 urgeant, & idcirco mouere inflammationes
 possint, atque abscessus. Sed satius fuit eos di-
 gnoscere, non vinculorum varietate accidere,
 quod adducunt, sed inscitia alligantium, qui va-
 lenter adstringunt. oportuit enim ita deligare,
 ut Hippocrates docuit, cum ait [In his autem
 maxime ad vinculum pertinet, ut ardeat qui
 dem sic, ut quae iniecta sunt, neque recedant, ne-
 que comprimant, sed fulciantur, non tamen co-
 gantur] equum autem fuit, ubi Hippocratem
 citarunt, illud adiungere, quod in Hippocratis
 oratione restabat, non enim simpliciter scripsit.
 [Sed, qui praestantia vincula amant, complu-
 ra alia ledunt], verum subiicit [sine mente]
 intelligant autem ex ijs, quae mox persequar,
 vinculum varium nullo modo ab Hippocrate
 submoneri: ipse igitur in libro de officina medi-
 ci fasciandi rationem agens, ubi narravit quid
 vincula requirant dum iniiciuntur, quid post-
 quam iniecta sunt, subiicit. [Quod iniectum est,
 ut recte, ut decorè] rectè intelligit iniectum, quod
 confert: decorè, quod elegans est. ut autem ex-
 ponat quid sibi velit decorè, addit. [Decorè qui-
 dem, ut simpliciter, ut distinctè]. adiungit autem
 verbum simpliciter, non quo ex toto declaret de-

core sed ex parte, quasi dicat vinculum simplex
 sit & distinctum, quod evidentius colligitur ex
 ijs, quae subiecit. [Aut similibus & aequalibus,
 aequaliter & similiter, aut inaequalibus & dissi-
 milibus, inaequaliter & dissimiliter. Species au-
 tem simplex orbicularis, fascia, sima, oculus, rhom-
 bus, dimidiatus, apteitur vero species speciei, ac
 morbo illius, qui deuincitur]. Ergo vinculi spe-
 ciem, quae simplex est, orbicularē esse necesse est,
 sed fascia omnino sima est atq; ita quod prorsus
 aequale est, erit sibi simile, quod inaequale dissi-
 mile. num igitur deterrētur iam de sententiā, quā
 varia vincula repudiari ab Hippocrate volue-
 rant, fatentes fasciam, oculum, rhombū, dimidia-
 tum, varijs assignari? an prater haec, illis come-
 morē eundē Hippocrate in libro de articulis, ad
 fractū iugulū, vinculum admonere, quod à gruū
 similitudine γρavidε nominauit, idque variū
 esse? sciant autē quibusdam partibus, cuiusmo-
 di femur est, ubi repositū est, atq; humerus &
 cubitus aliāq; plura, nullum aptari vinculum
 posse nisi variū. Hactenus de his. pergamus iam
 ad fasciā uī vinciendiq; rationē, scrutemurq; in
 primis, ut fasciae inter se distent, materia, habi-
 tu, longitudine, latitudine, structura. Materia
 igitur inter se dissident, quoniam nonnullae lintae
 sunt, nonnullae ex lana, aliae ex membranulā, qua-
 rum vsus, quū neq; vnus sit, neq; similis, sed di-
 sparsus, ubi opus erit, eas accipere conabimur, quae
 motio

morbo maxime congruat, quatenus ergo adstringenda erunt, linteis alligabimus, at ubi adstringere non oporteat, propterea quod hoc inflammationis sit inimicum, sed abunde sit continere vel tegere, ex lana, ex membrana vero secuti Hippocratis, ubi natus vel maxilla comminuitur, extremitatem membrula parti, quae vinculum pestulat, agglutinantes: Habitu, qui alia glomerata, alia scissae sunt, assuta alia, glomerata sunt, quae ex habena in longitudinem sunt, quibus nihil assuitur, tales sunt, quibus perfecta membra vincuntur, scissae, quae ex uno linteo extremis partibus vel alibi scisso conficiuntur, quales sunt, quae ad capitis vulnera dantur (caeri dicuntur) siue in quatuor partibus scindantur, siue in sex, siue in octo, assuta ex pluribus habenis variis figura inter se iunctis componuntur, quales sunt, quae suspendunt, quae cingunt, quae manibus deuincunt, quae manibus loco praeterea, qui iuxta antrum est, accommodantur: Longitudine, cum quaedam breuiores, quaedam longiores sint: Latitudinis eadem ratio est, siquidem haec, quam illa debet vincienti partibus respondere: Structura, nam alia texuntur, alia constant ex materia per se coacta, vel certo ordine implicata, quae simplici textura sunt, nonnullae haec de causa texuntur, nonnullae conficiuntur ex tela, quae ad alium usum texta scinditur in fascias, his plerumque vulnera obligamus, illis viuunt venatores ad crura defendenda, eadem primo

palma parti circumdantur, quæ ex implicata materia sunt, ab aurigis ad latera cōnenda adhibentur. Est autē perpetuum, ut qui vincunt, fasciis abundent, & quas habēt, sciant quamoptime adhibere, atq; ubi deligēdi locus est, tales accipiant, quales docuit Hippocrates, quum inquit & lam verò fasciæ parentur, leues, tenues, molles, munda, lata, sine suturis, sine eminentiis ita valentes, ne extente rumpantur, & paulo amplius. Mundas quidem esse cōuenit, quoniam sordida præterquam quod indecora sunt, liquore aliquo respersa, non madescunt, deteriusq; reddunt, quo perfunduntur, esse item sui coloris debēt, ne si purpura inficiātur, vel alia huiusmodi re, eandē noxam afferāt, aut coloris similitudine currentē sanguinē repræsentēt: tenues insuper, ne ambitus in tumorē nimis assurgāt: molles, ne ob duritiē irgeāt: leues, ne onere infestē: sint præterea sine suturis inæqualibus, ob quas futurū esset, ut cōprimerent: tum sine eminentiis, hoc est non sint ora à lateribus ipsa textura confecta, vel alioquin verse atque confusa, nec quædā extantia, quasi fibra, cum qua eminent, vinculū reddāt inæquale, quæ extāt, non patiuntur fasciā faciliē circuire. Quod si fasciæ ex inciso linteo fiant, incidatur nō transuersum, sed in longitudinē sicut intextū est, sectione ad stamē directa, sic enim lintea faciliē scinduntur, quod secus habet, si quā subtegmen procedit, hoc ite-

tur,


tur, adde, quod quæ in longitudinem scinduntur fasciæ, quod vinctum est, firmitus continent. At vinciendi ratio quedam (vt superius dixi) simplex est, & quedam varia, atque hæc modo nomē inuenit à sede, cui adhibetur, modo ab euentu nonnunquā translato vocabulo à similitudine animalium. à sede, quæ vincitur, nomē trahit, oculus, natus, inguen, ceteraq; huius generis: ab animalibus, cancer, accipiter, aries, lepus, testudo sed ab euentu, vallus seu coniunctus, seu disjunctus, operculus, habena, & quæ his similia sunt. Præterea ex huiusmodi vinculis quedam sunt vincula tantum, vt tholus, regium, scapha, discrimen: quedam vincula simul & laquei, cuiusmodi est lepus auritus, pastoralis, ceterique consimiles. Vinculum insuper aliud ab altero fasciarum capite incipit: aliud à medijs fascijs: aliud utroq; modo. Quoddam item certis sedibus idoneum est, reliquis alienum cum sit: quoddam alijs quoque aptatur. Super hæc aliud à priori parte cōspicitur, quod priorē hominis partē duntaxat alligatam ostendat: aliud à posteriori, aliud ab utraq; similiter & priorem & posteriorem partem æquē vinctam demonstrans, atq; hæc nunc cōsimili, nunc dispari ratione veniunt in conspectum, quæ omnia plana fiēt, cum ad singula ventum erit. Sed considerandum est, inquirendumq; an quomodolibet ordiri fascias oporteat: maiores enim omnes statuerunt certas corporis sedes,

à quibus fasciæ ordiri deberet, exempli causa in capite, ob quâcunq; causam vinciat, fasciæ caput in occipitio collocant, inde ipsam circumagentes, iuncturâ cōficiunt, nec quicquid inueniunt, quod agitur morbo ne, cuius causa vinculū adhibent, secundū sit, an aduersum: in alijs iē paribus inscitia vel ignoratione (vt credibile est) decepti, locos præscripserūt, necesse enim est velle vincientē auctore Hippocrate eō incumbere, vñ nō solum deligāda parti, sed affectui quoq; vinculum cōueniat. Nos igitur non vnde cunq; sed quā maximē expedit, ordimur, extremāq; fasciā imponimus, quā docuit Hippocrates, cum inquit, [Quæ mouentur, vt articuli, quā curantur, minimis, et maximē collectis, veluti poples, quā extenduntur simplicibus & latis, veluti pella, obuolui debet. quæ autē adiunguntur ad continendū quidē, quæ circa hæc sunt: ad suspendendum verō fasciā omnē, quā corpus quiescit, & quā magis cauum est. superimponēda, vt supra vel infra genu. Consentit autem cum capite humeri fascia ad alterā alam demissa: cum inguine, ad alterū ilium: cum crure, super partem huius posteriorem, quæ carnosā prominet, quibus autem sursum labitur, ab inferiori parte suspendenda est: quibus deorsum, a superiori. vbi nihil tale est, quemadmodum in capite, quā maximē æquale est, cōtineri fascia debet, & duci quā minimē obliqua, vt postremo obuoluta, quā vltimē

lentissimè hæreat, vagos circuitus contineat. Oportet præterea deligantem ad ea respicere, quæ in vinculo requiruntur, cuius Hippocrates duas esse species testatur, unam eius, quod inijciatur, alteram eius, quod inieclum est. utrobique autem summa cura emittendum est. dum vinculum inijciatur, ut celeriter, iocundè, promptè, eleganter, celeriter quidem ut opus expediatur: iocundè, ut facillè præstetur: promptè, ut ubique sit in promptu: eleganter, ut oculos deleclit. cum inieclum est, ut rectè, ut decorè habeat, nihilque absit ex his, quæ supra opus esse retulimus. De usu autem vinculorum scire licet quædam ea de causa adhiberi, ut continendo curatibus præstis subseruiant: alia non propter hoc, sed ut ipsa per se agant, quibus curatio committitur. in his maxime attendendum à qua parte fascia ordiatur, qua circumeat, qua desinat, qua singula exquisitiùs conscribi non possunt, docere iam non vram licet per quam medicus facillè indicare de singularibus poterit, naturam singularium partium perspicere, quam facillè alligantur, suspendantur, collocantur: atque insuper quid vinculum valeat, efficit enim, ut quæ abscesserunt propellantur, hiantia coniungantur, peruersa dirigantur, atque omnium contraria præstentur. Oportet autem, si quid abscessit, ita deuincire, ut quæ sublimia sunt, sedè contingant, hoc est locum, vnde recesserunt, at non premant: in

incipiendum verò à parte sana, & qua nleus est finiendum, ut quod subest effundatur, & aliud vltra non coëat. Sed quæ abscedere volumus, contrario modo penitus alliganda sunt, atq; vbi in vnum adducere conuenit, verò vbi, quæ hiant, hoc est, quæ in exteriorem partem conuersasunt, longè initio accepto coniungenda sunt, in ceteris eodem modo vinciendum, tantum ab vltioribus aliquid adducendum erit, paulatimque comprimendum, primò minimè, deinde magis, maxima cōpressionis terminus sit, vbi se contingunt, aptanturque, sed non vrgenti, rerum in diducendis, quæ cōtracta sunt, si inflammatio est, supersedendum est, si ea non est, præparatio eadem vtendum, sed vinculo contrariū dirigere item vbi peruersa oporteat, cetera fieri eadem debent, tum quæ recesserunt adducenda sunt, contraria autem contrā. Hæc omnia meli cum quasi leges tenentem, obseruantemque expedit id eligere, quod singulis ritibus idoneum est, minimèque ad certos locos consilium dirigere. Nos, quanquam in vno quoque casu, quò primum ordiri vinculum oporteat, perfectè explicare difficile est, dum tamen fasciarum rationem indicabimus, ut res euidentior sit, loci statuemus, à quibus ordiri potissimum conueniat: medicus verò in agendo vbique illum eligeget, qui maxime in rem erit.

Lin.



Linteum scissum ad summum caput,
& ei proximam regionem. I.

Linteum iuste magnitudinis scinditur in partes sex, & medium quâ verticem completur, integrum relinquitur, ex paribus vero pendētibz mediæ scindantur è regione aurium, ac sub mentum demisse, nodo inter se vinciuntur. Quo facto altera fasciola angustâ mediæ occipitio inijcitur, extremitatē ad frontem adducitur, & à latere capitis nodum accipiunt: quatuor vero partium, quas pendere sinebamus, hæc ratio est, posteriores prope nodum angustiori fasciolæ, priores suprà occipitium inter se colligantur, licet item absque nodo, alijs subiectis, alijs superdatis, postrema sibiulam imponere.

Linteum scissum ad frontem, & partes, quæ iuxta sunt. I I.

In quatuor partes scindere linteum oportet, medio intacto quâ fronti circumdetur: priorēq; partes super posteriores, quæ debeant, ad occipitium dare, sibi quæ inter se devincire: post hæc reliquas duas conuersas, in summo capite colligare, quæ sub mentum etiamnum demitti possunt, & ibi nodum accipere. Hoc vinculo ad occipitium quoque utimur, partibus à latere capitis nodo inter se deligatis.

Linteum scissum ad totum
caput. I I I.

*Linteum scissum in partes octo, ita, ut me-
dium*

diu integrum sit, donec tegere caput possit, toti
capiti obuoluitur: tum ex pendentibus partibus,
duae iuxta aures fissae sub mento inter se deligen-
tur, et reliquis uero, binis à priori parte, quater-
nis à posteriori, duae à posteriori extremae su-
per alias ducantur ad frontem, altera alteri sub-
iecta, ut à superiori contineatur, deinde priores
duae ferantur ad occipitium, sic, ut aequè alteri
altera insidat, his comprehenduntur quae prius
fuerant circumdatae, reliquae duae posteriores ad
frontem attrahantur, altera similiter alteri sub-
iecta, extremae quae à latere fibulae injiciantur. Haec
vinciendi ratio efficit, ut caput sine nodis inuo-
lutum defendatur à tadio, quod hi comprimen-
do afferre plurimum solent.

Cancer



Cancer, siue vinculum capitis, siue operculum scissum in partes octo, ad caput. IIII.

Medium amplecti debet vniuersum caput, si: ut quatuor partes à fronte recte dependeant, ab occipitio totidem: ex illis exteriores, ad occipitium porrectæ inter se alligentur: ex his exteriores similiter fronti circumdatæ, à latere deliguntur. ita ex reliquis, quæ in fronte scissæ partes sunt, ad occipitiū, quæ in occipitio, ad frontē attrahantur.

Operculum ex fascia lata triū capitum (επιπλάγιον dicitur) & ex altera, quæ hanc continet (λάτοχος vocatur) & tertia, quæ prohibet, ne totum vinculum diducatur, λανθάνουσι nominatur.

Pertinet ad obuoluendū vniuersū caput, dicitur autē παρακωνιπλάγιον. est quidē λάτοχος fascia longior, quæ in orbē faciei & capiti circumdatur, ut operculū cōprehendat: sed λανθάνουσι ex fascia sit oblonga, adhibeturq; eo noīe, ut diduci vinculū nō sinat. quarū hæc ratio est. Linteū adhibet sic latū, ut caput vniuersū cōplectatur, longius quā ut duplicatū, hoc efficiat, cuius alteriū caput occipitio datur, alteriū à fronte depēdet: tum angustior fascia sub mentū media inijcitur, & in utraq; partē per malas attrahit inter frontē. & verticē, inde sub mentū rursus demittit: post hæc alterius angustioris fascia mediū frontis inijcitur, capitūq; in orbē ad occipitiū porrecta, ibi & inter se, & cū alterius angustioris fascia capitibus

alligatur: at quod à facie pēdebat in longitudi-
nē, vsq; dū ad supercilia vētū fuerit, diuiditur in
duas partes, quæ in frōte altera super alterā in-
sidēte ad similitudinē literæ X. in orbē ad occipi-
tū ducitur, atq; ibi deligatur. Potest autē una
fascia duntaxat longior, & operculū continere,
& prohibere, ne tota iūctura diducatur, ad hūc
modū, si media inter frontē et verticē ordiatur,
capita verō recta per malas sub mētū demissa,
ibiq; altero super alterū excedēte in similitudi-
nē literæ X. sub imas aures ad occipitium dētur,
ubi rursus in speciem literæ X. inter se aduersa
ad frontē ducantur, & nolo à latere deligantur.

Haftenus de simplicibus vinctulis, sequitur, ut
de varijs dicamus, si id antea ostenderimus,
quod fascia circuitū alius dicitur rectus, alius
trāsuersus, obliquus alius, quid autē hi sibi ve-
lint, nomina declarāt: tū alius σιγαριῶν, ὑπὸ
τῶν αὐτῶν alius, τῶν γὰρ alius, alius γυναικῶν: pre-
ter hæc aliud vinctulū orbiculare, aliud in orbē
serpēs nūcupatur, aliud postremū fascia, est autē
σιγαριῶν, qui coronariū modo inter frōtē &
verticē tēdit: αἰσθητικῶν, qui frōtē ambit: γυναικῶν,
qui sub mētō circūagīt: τῶν γὰρ similiter à malis
p. quas ducit, nomē habet: illa demū vocatur a-
fascia q̄ lunata figura ab vna parte sima est, ab
altera gibba. Circuitū igitur istec nō sūnt.

Rhombus alter simplex, alter Hip-
pocratis, de quo nunc. v i.

Applisimū est vinctulū hoc (ut quidā senserūt)

ad futuras, ubi dehiscunt, vel (ut alijs placet) ad
partes, quas vulnus duxit, glominatione, atque
ad emittendum humorem, quod comprimendi vulne-
ri vim habeat. sic autem circumire debet fascia à
latere capitis orsa, obliqua ducenda est ad ver-
ticem atque alterum tempus, deinde malis utrinque
circumdanda, et oblique parti prius obvoluta ad-
uersa in modum literæ X. ad occipitium demitten-
da, inde obliqua, sic, ut à priori circuitu distet,
per malas porrigenda est ad alteras malas,
ac rursus obliqua sursum danda, ut bis X. lite-
ram representet, quædamque in medio est rhom-
bi figuram accipiat, quo facto ad occipitium fe-
renda est, et fronti in orbem inveniendâ, eatenus as-
tem circumagenda, ut quæ nulla sunt, includantur.

Semirhombus vel lepus sine auribus. v i i.

Hinc, et illi, cui nomen est Tholus, in omni-
bus eadem vis est. Ratio adhibendi huiusmodi
est, fascia caput occipitium inuicimus, eamque sub
infimam auriculam oblique inter frontem et
verticem ad occipitium ducimus, tum inter fron-
tem et verticem priori parti aduersam, ac sub
infimam auriculam ad occipitium attrahimus,
post hæc fronti circumagimus sic, ut quod me-
dium est semirhombi effigiem referat. extrema
verò fascia, non modo in hoc, sed in alijs quoque
capitis vinculis, sibi à latere vincienda est.
Possumus etiam, si ex usu sit, fasciam circum-
ducere, non ab inferiori parte sursum, sed contra-



Vinculum ad caluariam, vel scapha,
vel Tholus, seu Dioclis, seu
Glaucij. VII I.

Maximè idoneum est, vbi summum caput,
& quod inter ipsum & frontem est, vincire cõ-
uenit. hoc autem modo ipsum inijcies. orsus ab
occipitio fasciam rectè per verticem duces ad
fontem, ibi q; sinistra manus digito indice con-
tinebis, & iuxta priorem partem rursus ad oc-
cipitium demittes, ab eoque tertio ad frontem
porriges iuxta partem priorem, vbi ipsam ob-
uolues per eum sinum, qui à digito tenebatur,
postremo fronti circumages.

Thais Perigenis, quam alij ad Molpi-
eam auctorem referunt. I X.

Adhibetur eadem causa, qua Tholus, sed
quandam præter vsum elegantiam habet. Vbi
Tholus vinculum superdatum fuerit, angustio-
rus fasciolarum caput, sub eius ambitum indatur,
eaque porrigatur obliqua ad summum caput,
& inter ipsum & frontem, tum in fronte sub
prioris fasciæ sinum agatur, inde obliqua ad
verticem, per id, quod inter ipsum & frontem
est, ducatur, post hæc ad occipitium, dein sub in-
fima auricula dextra inter frontem & verti-
cem, sub infima auricula sinistra rursus ad
occipitium reuertatur. Nos verò, vt fidelius
contineatur, alium quoque ambitum per fron-
tem adijcimus.

Thais alia sine auctore. x.

Tholo obuoluto, fasciola, quæ digiti latitudinem aquet, vel etiamnum angustior sit, orsa ab occipitio recta ad summum caput, & ad frontem, per id quod inter ipsam & verticem est, adduci debet, ibique duplicata rursus ad occipitium porrecta conueriti, atque inde per dextram capitis partem ad verticem, & inter ipsum & frontem procedere, deinde ad sinistram partem demitti, quæ duplicanda est, & per partem prius obuolutâ ad dextram capitis attrahenda, inde similiter duplicata ad tempus, quod tertio fiat, ut tres sinus duplicata fasciæ cincinnorum imaginem referant, sed postquam tertio ad dextram occipiti partem ventum fuerit, fasciola ad sinistram partem conuertenda, ut æquè in altero tempore conspiciatur, postremo, ut bene priores ambitus teneat, fronti circumagenda.

Discrimen. x l.

Ad eosdem pertinet ad quos Glaucii Tholos, in iunctis; hoc modo, fasciæ, quod satis est, à facie dependeat, & reliqua eius pars ad summum caput, per id quod inter ipsum & frontem est, feratur, inde ad occipitium, ibique tradatur sinistro continenda, post hæc conuersa circa frontem detur, quo facto caput à facie pendens, per partem primò iniectam, rectè ad verticem, per id, quod inter ipsum & frontem est, procedat, inde ad occipitium, ibique finiatur.

Scaph

Scapha, seu Tholus Diocleus.

XII.

Recte datur, ubique coniungere diducta
necesse est, vel quod ob diuturnum materiae cur-
sum ad oculos incisa cuius fuerit, vel quod frons
alioquin vulnus acceperit. Obvolvitur autem
hoc modo. fasciam ab occipitio orsam trahimus
sub infima auricula dextra, vel sinistra, prout
ab hac vel illa prius ducendam aestimabimus,
inde ad tempus adiunctum, ab eoque trans-
versam inter frontem & verticem, porrigimus
ad alterum tempus, inde sub infima auricula
ad occipitium, quæ caput prius superiniec-
tum adstringimus, dein super autem fronti circun-
damus, sic, ut ambitus hic, illi subiiciatur, qui
inter frontem & verticem procedit, ac uterque
è regione alterius, ab interiori parte sit resi-
mus, tum quoties opus est eodem modo circun-
agimus.

Inijcitur & aliter per duos fasciæ ambi-
tus, circa eam suturam, quæ ad aures per ver-
ticem tendit, sic, ut alter ambitus super suturam
sit, alter infra, & uterque ab interiori parte sit
resimus, inferior autem sursum procedere de-
bet, superior vero deorsum.

B 4



Thais sub incerto auctore.

XII.

Illis idonea est, quibus quod inter frontem & verticem est ac proximas partes, conuenit deuincire. Eam sic admoneto, vbi semirhombum inieceris, sic tamen, vt fascia frontem non complectatur, ipsam ab occipitio obliquam, ad verticem & frontem porrigito, ibique conuertito, facitoque, vt circa frontem luna figuram imitetur, & cornua sursum spectent, ima parte sita inter supercilia: post hac ab altera parte verticis ad occipitium ducito sicq; circa frontem attrahito. huiusmodi vinculum præter eam, quam semirhombus affert utilitatem, est etiam aliquo modo speciosius.

Glaucij vinculum superimpositum, vel additum.

XIII.

Ad eosdem confert, ad quos vinculum ad caluariam, sed huic magis fidendum. igitur, vbi vinculum ad caluariam adhibuitur, aliud superinijcitur, cui nomen est lepus sine auribus, ne longum faciam.

Regium. XV.

Idem efficit, quod Thais sub incerto auctore, nimirum, quod inter frontem & verticem est, ac proximas partes, deuincit, cuius hac ratio est. fasciæ quantum satis est dependere à facie sinimus, quodque ex ea restat, inter frontem

B 5

Et verticem rectè ad occipitium trahimus, inde conuersam sub ima aure inter frontem et verticem obliquè ad occipitium, ab hoc obliquè item ad id contrariæ parti, quod inter verticem et frontem est, tum per tempus, ac sub ima aure ad occipitium ducimus, deinde caput, quod à facie pendebat, ad frontem attrahimus, itèq; ibi replicamus, sic, ut finis ad similitudinem graduum, se excedant, quos postremò comprehendimus fascia circa frontem obuoluta.

Capistrum, quod dimidiatum, vel ad alteram partem dicunt. xvi.

Expediitissimum est, ubi maxillam seu rueratam, seu prolapsam, seu ob distentionem oris aliumve morbum oportet ab altera parte vinciri. fascia ab occipitio orsa, obliqua per verticem, et inter ipsum et frontem per tempus ferri debet ad malas, inde sub mento et ima aure alterius parti ad occipitium, deinde sub imis auribus ac mento attracta eodem reuerit, atque ad eandem rationem, quoties opus est, circuire. Tunc verò commodum ita circumdatur, quum à superiori parte deorsum deligandum est, sin ab inferiori parte sursum, fascia ab occipitio incipiat, et sub infimam auriculam, mentumque procedat, tum per malas ducatur, et obliqua inter frontem et verticem ad occipitium, dein sub mentum circumagatur, postremò frontem ambiat.


Cap

Capistrum ad utranque partem.

XVII.

Ad eos pertinet, quibus maxilla vel utrinque suo loco mota est, vel alio quopiam tenetur, ex his, quae dicta sunt in capistro ad alteram partem. fascia occipitio primum iniecta, oblique per vertex & inter ipsum & frontem ad malas porrigitur, demissaque sub mentum maxillam, & malas ab altera parte amplectitur, inde inter frontem & summum caput per partem prius iniectam in speciem literae X. ad occipitium reuertitur, & sub imis auribus ac mentum rursus ad occipitium data, novissime frontem amplectitur.

Idem



Idem ab inferiori parte sursum. xviii.

Ab occipitio ordiatur, & sub infima auricula, ac sub mentu detur ad malas, inde oblique per summum caput ad occipitiu tendat, ab eoque sub infima auricula alterius partis, & sub mentu demittatur, tum ad malas, postea, hec oblique inter frontem & verticem ad occipitium ducatur, & fronti postea circumdatur.

Idem in vtranque partem ductum à superiori parte deorsum. xix.

Media fascia cõplecti occipitium oportet, capitulaque eius per verticem obliqua inter ipsum & frontem porrigere, sic ut X. literam representent, deinde per malas sub mentum, & sub imas aures ad occipitiu reuerti, post hec circa frontem obuolui, & ad occipitium ad ducta sub mentum demitti, postremo ad occipitiu per frontem circuire.

Idem aliter. xx.

Media fascia super frontem detur, capitaque eius ducantur ad occipitiu. ibique figurâ accipiant litera X. post hac sub imas aures ac mentum ad malas, inde inter frontem & verticem obliqua ad occipitium demittantur, tum sub mentum, nouissime per frontem circumdantur.

Aliter. xxi.

Fascia media ab occipitio orsa, capita sub imas aures mentumque atrahenda sunt, tum per malas, quod superest eodem modo obuoluedum, quemadmodum in ea, quae proximè posita est.

Capit

Capistrum obliquum ad alteram partem, quo vinciuntur, quæ iuxta aurē sunt, & maxillæ processum.

XXII.

Ab occipitio initium sumat, & sub infimam auriculam ad tempus, atq; inter frontē & verticem oblique ad occipitium, & circa frontem procedat, sæpiusq; ad eādem rationem circueat, quo modo procedere debet, cum ab inferiori parte sursum attrahitur. Sin expeditius sit à superiori parte deorsum, ita porrigatur, incipiat ab occipitio, & oblique per verticē & inter ipsum & frontē ad tempus procedat, ab eoq; sub imā aurē ad occipitiū reuertatur, deinde frontem ambiat.

Quod alij leporem sine auribus, alij lemirhombum vel nauculam dicunt, ad utranq; partem, cōmodissimè ad frontem, & ex parte etiam ad id, quod inter ipsum & verticem est, adhibetur.

XXIII.

Occipitio primū fasciam inijcimus, ab eoq; sub infimam auriculam ad tempus, & inter frontem & verticem adducimus, & obliquam ad occipitium demittimus, inde circa frontem iuxta angulum oculi temporī propiorem, & inter frontem & verticem oblique ad occipitium, inde oblique inter verticem & frontem, parū prius iniectione adversam sic, ut ibi X. literam representet, post hæc sub infimam auriculam ad occipitium, postremo circa frontem.

Idem



Idem in vtranque partem, ductum à
superiori parte deorsum.

xxiiii.

Media fascia occipitum amplectitur, ca-
pitæque eius per verticem inter ipsam & fron-
tem adducito, sic, ut ibi X. literam represen-
tent, inde sub inas aures ad occipitum, post
hæc circa frontem attrahito.

Idem ab inferiori parte sursum. xxv.

Fascia media ab occipito orsa sub infimis
auriculis in vtranq; partem ducitur ad angu-
los oculorum temporibus propiores, ab his inter
frontem & verticem ab occipitum reuertitur,
deinde frontem comprehendit. quibusdam pla-
cet hanc sub mentum quoque circumagi.

Vinculum à superiori parte iunctum.

xxvi.

Capistrum rectum ad vtranq; partem ad-
hibemus, fasciamq; non amplius sub mentum,
sicut in illo, sed per medium nasum agimus ad
occipitum, & super eam suturam attrahimus,
que ad aures per verticem tendit.

Vinculum Glaucij valde iunctum.

xxvii.

Eadem ratione obuoluitur, atq; id, quod à su-
periori parte iunctum inscribitur, nisi quid
fertur etiam sub mentum.

Perigens galca gladiatoria. xxviii.

Optissima est, ubi caput ac male plurius
loci

hinc vultus acceperunt. capistrum obliquum
id vtranque partem inijciunt. dein Glancij sca-
pha. post hæc rursus capistrum ad vtranque
partem. nonnulli, vt vinculum hoc elegantius
reddant. id capitis ornamentum. quod uirgæ
appellant. parantes assunt. adhibetur item
et modo sine obliquo capistro, & fascia per
malas minime porrecta.

Galēa aliter ad eosdem.

XXXIX.

*Fasciæ quod satis est à fronte dependeat, reli-
qua ad occipitum recta ducatur, & eatenus
convolvatur, vt rectum capitrum efficiens to-
tū genas et caput cōplectatur, quo facto, caput
quod à fronte pendet, sursum conuertendum
est, & recte per verticem ad occipitum at-
trahendum, ac si placeat, sub imas quoque au-
res adducendum.*

C



Lepus auricus. xxx.

Sic appellant semirhombum, ubi laqueus ille accedit, quem auriculas nuncupant, qui vel gladiatoribus decoris causa datur, vel ut caput contineat, ubi propter aliquem faciei affectum pertrahere id oporteat, si decoris causa auriculae breues sint, et in medio frontis, nam sic animalis imaginem referunt: sin ut contineant, in medio similiter, et magnae, ut digiti in eorum sinus coniecti, continere caput queant.

Alius ad tempora. xxxi.

Hac ratione obvolvitur, ex altera parte fasciae laqueus fit pastoralis, vel qui duos habens sinus nominatur (quos sapius in libro de laqueis breuiter declarauimus) et fronti iniicitur, super quem deinde semirhombus, vel nautica circumligatur.

Simplex oculus, vel tenue vinculum ocularium. xxxii.

Fasciam ab occipitio orsam ducimus per verticem inter ipsum et frontem, inter supercilia, ad oculum sic, ut ipsum contegat, inde sub infimam auriculam ad occipitium, postremo circa frontem.

Idem ab inferiori parte sursum.

xxxiii.

Ab occipitio initium sumit, et per summum caput inter ipsum et frontem inter supercilia ad oculum, tum sub infimam auriculam ad oculum.

C 2

lum, inter frōtem & verticem agitur, post haec
ad occipitium, & circa frontem.

Duplex oculus à superiori parte
ductus. XXXIIII.

Orditur ab occipitio, & per summum caput,
atque id, quod inter ipsum & frontem est, inter
supercilia fertur ad oculum, tum sub infimam
auriculam alterius partis, ad alterum oculum,
inter supercilia inter frontem & verticem ad
occipitium, postea circa frontem.

Potest etiam, si ad rem magis pertineat, ini-
tio conuerti, & ab inferiori parte sursum cir-
cumdari.

Duplex



Duplex in vtramque partem ductus
à superiori parte deorsum. x x x v.

Media fascia ab occipitio orsa, ducere capi-
ta oportet inter frontem & verticem, atque in-
ter supercilia, sic, ut ibi X. literæ figuram acci-
piant, tum ad oculos, atque inde sub imas aures
ad occipitium & circa frontem.

Aliter x x x v i.

Media fascia ordiatur à fronte, capita ad
occipitium dentur, inde admodum literæ X. si-
militer, atque in superiori vinculo procedant:

Oculus rectus ad alteram par-
tem. x x x v i i.

Orsi ab occipitio fasciam per summum ca-
put, & inter ipsum & frontem directà ad ocu-
lum ducimus, inde per eam partem, qua ma-
xilla cum malis committitur, sub mentum, &
sub infimam auriculam ad occipitium & cir-
ca frontem.

Duplex ex eodem ductus. x x x v i i i.

Priusquam frontem comprehendat, ab occi-
pitio ad alterum oculum, trahi debeat, tum re-
cta, quæ maxilla cum malis committitur, sub
mentum, ab eoque sub infimam auriculam ad
occipitium & circa frontem.

Idem ab inferiori parte. x x x i x.

Fasciam ab occipitio orsam ducito sub infi-
mam auriculam, ab eaque sub mentum, &
quæ maxilla cum malis committitur, ad ocu-
lum,

lum, inde inter frontem & verticem ad occipitium, post hæc sub infimam auriculâ, sub mentum, quâ maxilla cum malis ex altera parte committitur, ad oculum attrahito, tum inter supercilia super partem prius inieclam ad modum literæ X. inter frontem & verticem ad occipitium porrigito, & circa frontem novissimè circumdato.

Idem in utramque partem ductus. x l.

Fascia media non secus ac in ea, quæ obliqua oculum vinciebat, occipitio iniiciatur, capitâque à superiori parte, vel inferiori attrahantur, potest etiamnum media fascia sub mento incipere.

c 4



Linteum scissum ad nasum. xli.

Fascia eatenus lata esse debet, ut nasum complectatur, longa vero, ut duplicata à naribus ad occipitium perveniat. Orsam igitur ab occipitio rectà per verticē & inter ipsum & frontem ad medium nasum adducimus, & quod ex ipsa superest à facie sinimus dependere, quod relium in duas partes scindimus, usque dum ventum sit ad superius labiū, quo facto alteram fasciolam mediam, ab imo naso orsam super eam, quæ scissa pendet à facie, in utraq; partē, sub imas aures ad occipitiū ducimus, super partem primò iniectam, sic, ut ibi X. literam representet, ministrōq; tradimus, deinde partes scissas à facie convertimus ab utraque parte nasi inter supercilia, ut ibi litera X. similitudinem accipiant, ac per summum caput obliquas ad occipitium pertrahimus, & cū priori capite iungimus, super quas deinde capita à ministro contenta circa frontem attrahimus, sic, ut à latere nodo vel sibiula inter se vinciantur.

Funda ad nasum ex quatuor capitibus. xlii.

Scindendum linteum est in partes quatuor, mediūque integrum relinquendum, quā vincire debet imum nasum, ex capitibus vero, quæ superiora sunt, pendere deorsum oportet, inferiora per genas primū ad angulos oculorū temporibus propiores procedere, inde inter frontem

¶ verticem ad similitudinem X. litera inter se commissa à ministro contineri, reliqua duo sub imas aures ad occipitium demitti, ibique litera X. similitudine accepta, circa frontem agi, & à latere inter se deligari, tum quæ à ministro tenebantur, in occipitio desinere.


Eadem ex tribus fasciis. LXIII.

Vna media inijcitur sub imo naso, capitæque eius per oculos angulos temporibus propiores inter frontem & verticem ducuntur, ibique aduersa ad imaginem literæ X. à ministro continentur, altera media datur super imum nasum, & in utramque partem ducitur ad occipitium, ibique accipit nodum cum capitibus à ministro contentis, tertia orditur à fronte, & capiti circumdata à latere deligatur.

Eadem ex duabus. LXIII.

Vna sub imo naso dari media debet, capitæque eius per angulos oculorum temporibus propiores inter frontem & verticem porrigi, atque inter se aduersa in speciem literæ X. ministro similiter tradi: altera media inijci super imum nasum, & capita eius ferri sub imas aures ad occipitium, & ibi X. literæ similitudine accepta per frontem circumagi, & à latere deuinciri.

Nasus



Nasus ex binis fasciis. XLV.

Vna super nasum in longitudinem datur, dimidiaque pars à fronte dependeat, reliqua per verticem recta ad occipitum porrigatur sed alterius medium dandum est sub imum nasum, capita vero sub infimas auriculas ad occipitum ferenda, ubi debent literæ X. similitudinem accipere. post hæc prioris fascia quod à fronte pendet, sursum convertendum, & super partem primæ volutam recta per verticem ad occipitum demittendum. quo facto, capita quæ ibi literæ X. figuram acceperant, id complexa, postquam fronti circumdata fuerint, finienda sunt.

Accipiter ad nasum ex tribus fasciis. XLVI.

Vna sub imo naso media incipit, cuius capita utrinque iuxta nares inter supercilia ducuntur ad imaginem literæ X. inde ad summum caput atque occipitum dantur, ibique continentur: altera media super imum nasum obvoluitur, capitaque eius sub infimas auriculas ad occipitum demittuntur, & ibi inter se, & cum capitibus, quæ continebantur, vinciuntur: tertia media à fronte orditur, & in utranque partem circumacta à latere capitis finitur.

Idem ex binis fasciis. XLVII.

Prior fascia perinde atque altera circumagenda est, sed capita huius in occipitum ad literæ X. similitudinem inter se aduersa, ubi frontem comple

complexa sunt, finiuntur: illius verò sub his comprehenduntur, vel ipsa quoque in occipitio in speciem literæ X. inter se aduersa sub mentum adducuntur, ibique inter se alligantur.

Fascia glomerata ad idem.

XLVII.

Fascia pendere tantum à facie finito, quāvis à naribus posset ad occipitium peruenire, reliquā eius partem rectā per nasum, inter supercilia ad frontem & verticem trahito, inde per medium caput ad occipitium demittito, ibique conuersam sub infima auricula ad imum nasum attrahito super partem pendentem, inde sub infima auricula alterius partis ad occipitium ducto, ibique contineto, post hæc caput, quod à facie pendebat, rectā super partem priorem volutam, ac occipitium dato, sic, ut à reliqua fascia comprehendatur, quam postremo circa frontem adducito, & ad occipitium reuersam à latere caput denuncito.

Funda.

XLIX.


Orsa ab occipitio obliqua per verticem & inter ipsum & frontem tendit ad angulum oculi temporis propiorem, inde per genā ad imum nasum, ab eoque ad genam similiter alterius partis, oculi angulum temporis propiorem inter frontem & verticē, ad summū caput fertur priori parti aduersa. post hæc ad occipitium demittitur, & sub infimis auriculis porrecta ad occipitium

48
cipitium reuertitur, nouissimæque fronti obuoluitur.

Eadem aliter. 1.

Fasciam occipitio primùm inijcimus, deinde obliquam per verticem ad tempus atque angulum oculi tempori propiorem adducimus, ab eoque sub imum nasum, atque infimam auriculam rursus ad occipitium demittimus, ibiq; conuertimus, & priori parti aduersam obliquam ducimus ad tempus, ac sub imum nasum ad infimam auriculam contrarie partis, post hæc ad occipitium, deinde sub infimam auriculam, sub imum nasum, ac sub imam auriculam alterius partis ad occipitium, postremò circa frontem obuoluimus.

Amin



Amintæ vallum. L I.

Ors ab occipitio, fasciam obliquè per verticem ducimus, atque inter ipsum & frontem inter supercilia, inde à latere iuxta angulum oculi, naribus propiorem rectà ad proximam narem, inde quà maxilla cum malis committitur, attrahimus, tum sub mentum demittimus, & sub infimam auriculam ad occipitium damus, ab eòq; per verticè obliquè inter ipsum & frontem, atq; inter supercilia porrigimus. priori parti aduersam in speciem literæ X. post hæc à latere nasi ex contraria parte & quà maxilla cum malis committitur, sub mentum atque infimam auriculam alterius partis ad occipitium, inde fronti circumdamus, post hæc sub infimam auriculam, per medium nasum, ad alteram infimam auriculā atq; occipitium. præter hæc nulli quoq; mentum complectuntur. Adhibetur autem commodissimè, ubi vel inter supercilia, vel medium nasum deligare opus est.

Phalæx, seu vallum. L II.

Ab occipitio inchoatur, & obliquè per summum caput atque inter ipsum & frontem procedit inter supercilia, inde iuxta angulum oculi naso propiorem per genam sub imam aurem ad occipitium, ab eòq; per contrariā partem sic, ut inter supercilia literæ X. figuram accipiat, tum obliquè inter frontem & verticem, per verticem ipsum ad occipitium demittitur, deinde
sub

sub infimam auriculam, per medium nasum, atq; alteram infimam auriculam, item ad occipitum reuertitur. post hac circa frontem agitur. Quidam, ut speciosius vinculum efficerent, per eam quoque suturam, quæ ad aures per verticem tendit, circumire voluerunt. Potest etiam, si res postulat, fascia duci in utranque partem. huic & superiori eadem vis est.

Menecratis accipiter. LII.

Fascia primum occipitio detur, & recta per verticem inter supercilia tēdat iuxta angulum oculi naso propiore, & ab altera nare superimum nasum feratur, iuxta alterum angulum naso propiore, & inter supercilia, ut ibi similitudo lateris fiat, post hac recta iuxta partem prius volutam ad occipitum reuertatur, ibiq; conuersa sub infimam auriculam, & superimum nasum, ac sub infimam auriculam alterius partis, itidem ad occipitum adducatur, & fronti nouissime circumdetur, quam agere etiam licet super eam suturam, quæ ad aures per verticem tendit. Nonnulli, ut elegantius vinculum reddant, adiciunt semihombum, cuius rationem supra indicauimus.

Amintæ vallum ad nasum in alteram partem declinatum.

LIII.

Fasciam ab occipitio orsam recta ad summum caput adducito, deinde inter ipsum & frontem

D

re, atq; inter supercilia ab altera nare sub imum
nasum attrahito, inde sub imam auriculam al-
terius partis, & super imum nasum, ab eoque
sub imam aurem ad occipitium obuoluito, inde
circa frontem.

Hippocratis vinculum addu-
cens. L V.

Idem prestat, quod proximè positum. sic au-
tem obuoluitur. membranula palma longius
accipitur, cuius unum caput gluline vel gum-
mi illitum naso agglutinatur ab ea parte, in
qua iacet: alterum sub imam aurem ad occipi-
tium adducitur, ab eoque ad frontem, quò simi-
liter agglutinatur.

Ad aures linteum scissum in qua-
tuor partes. L V I.

Medium auriculam complectatur, ex par-
tibus verò scissis, quæ super auriculam sunt, ubi
X. litera figuram acceperint, una per frontem,
altera per summum caput, ad occipitium porri-
gantur, tum quæ per frontem procedebat, quæ X.
litera similitudo est, attrahatur, quæ per ver-
ticem, ad frontem ducatur, & à latere capitis
ambe inter se vinciantur, sed partes subiectæ
adverse inter se procedant, & altera per poste-
riorem partem, altera sub mentum detur ad oc-
cipitium, ubique nodum accipiant.

Auris



Auris ex fascia glomerata. LVII.

Fascia post lesam aurem prope occipitium orsa, per ipsam ferri debet, ut ex parte eandem includat, inde inter frontem & verticem attrahi non longè à fronte, tum per priorem partem prope alteram aurem, ac sub mentum ad aurem affectam, deinde inter verticem & frontem ad posteriorem partem integræ auris, & sub mentum, atque infimam auriculam ad occipitium, inde circa frontem, ac rursus ad occipitium.

Aliter. LVIII.

Occipitio primùm injicitur, & sub infimam aurem sanam inter frontem & verticem ad priorem partem affectæ auris porrigitur, atque inde sub mentum, & sub infimam aurem ad occipitium, deinde oblique super aurem, post hæc circa frontem.

Linteum scissum in partes sex ad regionem iuxta aurem. LIX.

Medium super locum vinciendum injicimus, ex partibus verò alijs à cernice dependentibus alijs super caput collocatis, eas, quæ à priori parte sunt, inter frontem & verticem nodo inter se devincimus, medias verò in summo capite & inter se, & cum prioribus alligamus, posteriores ad occipitium adductas, ut X. literam referant, circa frontem agimus sic, ut à latere capitis finiantur.

Iunct

Iunctura ad malas ex tribus fasciis.

L X.

Vna media inter frontem & verticem ini-
ciatur, capitâque eius per malas sub mentum
demittantur, ab eoque per malas iuxta priores
partes inter frontem & verticem procedant,
ibique inter se colligantur, quod si oculos quoque
devincire volueris, ducantur non iuxta priorem
partem, sed per oculos, tum inter frontem &
verticem data in speciem literæ X. ad occipi-
tium adducantur: altera fascia media inter
frontem & verticem orsa in utraque partem
atrahatur iuxta oculorum angulos tem-
poribus propiores, ad mentum, atque ibi nodum ac-
cipiat: tertia media medium nasum amplecta-
tur, capitâque eius sub infimis auriculis ad occi-
pitiū adducantur, ibique X. litera similitudine
accepta per frontem circumeant, & nodo à la-
tere capitis vinciantur.

Longa ad frontem & regionem, quæ
inter supercilia est ex fascia glo-
merata.

L X I.

Dari primò super occipitium debet, post hæc
rectâ duci ad frontem & inter supercilia, dein-
de ad occipitium reuerti, & postremo per fron-
tem circumagi.

D 3



Funda ad labrum inferius scissa in
partes quatuor. L X I I.

Medium, quod integrum est, inuicito super
labrum inferius, superiores vero partes ad men-
tum adducito, atq; inde ad occipitium, ibiq; in
speciem literæ X. altera super alteram exceden-
te, ad summum caput, & inter ipsum & fron-
tem attrahito, ministroq; tradito, reliquas vero
binas partes sub infimis auriculis ad occipitium
porrigito, atque ad formam literæ X. ad fron-
tem attrahito, & has, & quæ à ministro conti-
nebantur, inter se deuincito.

Eadem ad labrum superius. L X I I I.

Media superius labrum complectitor, infe-
riores partes iuxta angulos oculorum tempori-
bus propiores adducito inter frontem & verti-
cem, ut ibi X. literæ figuram accipiant, inde ad
occipitium demittito, reliquas duas partes sub
infimis auriculis ad occipitium attrahito, ibiq;
inter se aduersas circa frontem agito, & inter
se deuincito.

Fascia glomerata ad labrum infe-
rius. L X I I I I.

Orditur ab occipitio, & sub infima auricu-
la fertur ad labrum inferius, ac sub infima
auricula reuertitur ad occipitium.

Eadem in vtranque partem ducta.

L X V.

Media labrum complectitur, capitâq; eius sub imas aures ad occipitium attrahuntur, & fronti circumdantur.

Alia.

L X V I.

Incipimus ab occipitio, & sub infimam auriculam ad labrum fasciam ducimus, ab eoque sub infimam auriculam ex altera parte ad occipitium, inde per verticem obliquam, & inter ipsum & frontem ad tempus porrigimus, ab eoque per malas sub mentum ad malas ex altera parte deinde inter frontem & verticem in speciem literæ X. inde ad occipitium, post tempus circa frontem.

Ad labrum superius.

L X V I I.

Ab occipitio ordiatur, & obliqua datur inter verticem & frontem iuxta oculi angulum temporibus propiorem ad labrum superius, ab eoque ad alterum tempus, atque oculi angulum ipsi propiorem, tum inter frontem & verticem super partem prius iniectam ad imaginem literæ X. inde ad occipitium & circa frontem.

Eadem à medio orsa.

L X V I I I.

Media superius labrum complectere, capitâque iuxta tempora, oculorumq; angulos temporibus propiores porrigere, inde inter frontem & verticem, ut ibi X. literam referant, tum ad occipitium.

ad occipitium, post hæc per frontem, rursus ad occipitium.


Funda scissâ in partes quatuor ad occipitium. LIX.

Media occipitium comprehendit, ex partibus vero, quæ subiectæ sunt per malas atque angulos oculorum temporibus propiores inter frontem & verticem feruntur, ibique inter se deligantur. reliquæ sub infimas auriculas ad occipitium ducuntur, ubi ad modum literæ X. altera super alteram ex:edit, quod si breviores fuerint, in occipitio cum prioribus aptantur, si longiore, ad frontem adducuntur.

Quum de vinculis tam simplicibus, quàm compositis, quæ faciei & capiti conveniunt, abunde dixerimus, proximum est, ut ad reliqua pergamus.

Iunctura ad mentum EX SORA-NO. LXX.

Fasciam ab utroque capite scindentes, sic, ut medium, quo mentum comprehenditur, intactum relinquatur, inferiores quidem partes, rectâ per malas inter frontem & verticem porrigimus, superiores per mentum transversas ad occipitium attrahimus, nodoque inter se alligamus. prodest autem quibus, demincire mentum convenit.



Spica Glaucij. Nunc GALENVS.

LXXI.

Nomen inuenit à spica, quam suo ambitu imitatur, maxime autem proficit, ubi iugulum fractum est, aut humerus excidit. eius ratio est. Napsus lana mollis ab ea parte, quæ vincienda est, alæ subijcitur, donec id casum compleat, post hæc fascia glomerata, quæ longitudinem & latitudinem habeat pro portione eius, quod alligatur, ab altera alæ incipiens obliqua per dorsum tendit, quæ iugulum cum lato scapularum osse committitur, inde sub alæ affecti humeri ad eam partem reuertitur, quæ iugulum cum lato scapularum osse committitur, ita, ut ibi X. literam representet, deinceps obliqua per pectus procedit ad alam integræ parti, inde per dorsum obliqua ad iugulum, ita ut parti prius obvolute aliquantulum insadat, ab eoque sub alæ iterum datur ad iugulum, sic, ut secundo similitudo X. literæ fiat. postremo ad alam integræ parti, atque ad eandem rationem circumagitur.

Eadem media primùm iniecta.

LXXII.

Adhibita spica brachium figurandum est ad angulum rectum, atque altera fascia media involuendum, cuius capita recta ducenda sunt, quæ iugulum cum lato scapularum osse committitur, atque ibi in speciem literæ X. aduersa in-
ter se ad alam integræ parti attrahenda, post hæc

hæc per latera atque affectum humerum circundanda eatenus, ut omnia includantur, & sub ala sane partis finienda.

Eadem in utranque partem ducta.

LXXII.


Media alam affecti humeri complectitur, & in utranque partem ducta, quæ iugulum cum lato scapularum osse committitur. *X.* litera figuram accipit, inde oblique pars una per dorsum, altera per pectus procedit ad alteram alam, atque ad hunc modum, quoties opus fuerit voluta, finitur.

Geranis (ita enim appellatur à gruis similitudine) Hippocratis, siue (ut aliis placet) Perigenis.

LXXIII.

Isdem conuenit, quibus spica. in hunc autem modum obuoluitur, ubi spicam iniecerimus, semel circa humerum dari fascia debet, inde ad iugulum procedere tum oblique ad alteram alam, atque ibi desinere.

Fund



Funda humerum complectens, quæ
idem præstat atque Geranis.

LXXV.

Spicam adhiberi prius convenit, tum ab ea
parie quâ iugulum cum lato scapularum osse
committitur, fasciam semel rectâ ferri ad bra-
chium, quod ad angulum rectum figuratum
sit, atque inde rursus ad eam partem, quâ iugu-
lum cum lato scapularum osse committitur,
deinde ad alam integram partis, post hæc hume-
ro & lateribus circumdari, & sub ala nodum
accipere.

Eadem aliter.

LXXVI.

Media vitiatum humeri caput amplectatur,
capitâque eius rectâ ducantur ad brachium in
vicinia cubiti, & rursus iuxta partes prius in-
iectas, quâ iugulum cum lato scapularum osse
coniungitur, inde ad alam integram partis, post
hæc in orbem.

Aliter.

LXXVII.

Media circumdanda est alæ integra partis,
capitâque eius in orbem ad latera atque hume-
rum attrahenda, tum sub alâ integra partis
iterum demittenda, inde obliqua ducenda sunt
ad eum vitiatæ partis locum, ubi iugulum cum
lato scapularum osse committitur, deinde re-
ctâ per humerum ad cubitum, ab eoque rursus
ad eam partem, quâ iugulum cum lato scapu-
larum osse committitur, inde ad alam integram
partis,

partis, postremo in orbem circa humerum.

Spica duplex, quam alij quadrigam dicunt. LXXVIII.

Commodissime inijcitur, quum utrumque humeri caput male habet. eius ratio haec est. ubi spica simplex data fuerit, fasciam sub alam vincti humeri demittentes obliquam ducimus ad alterum humerum, atque ad eam partem, qua ingulum cum lato scapularum osse committitur, sic, ut ibi X. literam referat, deinde ad alteram alam, atque ad eandem rationem circumagimus.

Cap.





LXXIX



LXXX



LXXXI



LXXXII

Cataphracta. LXXIX.

Nomen habuit à similitudine thoracis Romani, quem cataphractam dicunt, prodest autem quibus deligare iuxta iugulum convenit latum os scapularum, pectus, dorsum, aut latera, quod vinculi aliqua ex parte duplicem spicam representat, sic autem obvolvitur. Ala primò circumdatur, tum oblique per pectus ducitur prope illam regionem, ubi iugulum cum osse pectoris committitur, inde per cervicem ad latum scapularum os humeri contrarij atque ad alam subiectam, ab eaque ad cervicem super partem prius iniectam, ita, ut prope cervicem similitudo X. literæ fiat, post hæc obliqua datur ad latum scapularum os ex altera parte, atque ad alam, ab ala ad cervicem, ut in vertebra colli X. litera figuram accipiat, deinceps sub ala & oblique prope eam regionem, ubi iugulum cum osse pectoris committitur, sic, ut hic quoque similitudo X. literæ fiat, & iuxta cervicem & super latum scapularum os, & sub ala, ut quater X. literam representet, nimirum semel à priore parte, semel à posteriori ubi prope iugulum. Ad eandem autem rationem quoties opus est, circuit, deinde in orbem attrahitur circa pectus & latera sic, ut tota iunctura thoracem referat.

Eadem in utramque partem ducta. LXXX.

Sub ala dari mediam fasciam oportet, & im-

E

utramque partem ferri ad proximum iugulum, sic, ut prope cervicem X. literam referat, deinde oblique porrigi ad contrariam alam, ab eaque ad proximum iugulum, ut ibi prope cervicem fiat similitudo literæ X. inde ad alteram alam oblique, postremo in orbem circa pectus.


Softrati vinculum rectum ad alam & pectus. L X X I.

Maximè convenit, ubi medium pectus, vel dorsum aut latera, seu thoracem volumus devincire: duas igitur fasciolas iuxta longitudinem humerorum capitibus iniungimus, earumque capita recta sinistram pendere: deinceps fascia glomerata thoracem totum obvolvimus, & latera: ut cõtegantur, extremamque fasciam nodo alligamus: capita verò, quæ à priori & à posteriori parte pendebant, fasciæ circuitibus assuimus, ac, si longiora fuerint, sursum conversas, quæ iugulum cum lato scapularum osse committitur, inter se colligamus.

Vinculum in speciem literæ X. ad alam & pectus. L X X I I.

Quas proximè posui fasciolas, non recte, sed oblique dependeat, ita, ut tam à pectore quam à dorso similitudo X. literæ fiat, cetera eadem fieri debent, quæ, ubi rectè adhibentur.

Aminæ



Amintæ thorax. LXX XIII.

Huic & vinculo, quod ad alam posui, eadem res est, sic autem fasciatur, imposita cataphracta ad utramque partem ducta, ubi fascia eatenus circueit, ut usque ad umbilicum complexa omnia fuerit, capita inter se vinciri debent, sic, ut lupus laqueum fiat, quodque ex his ultra laqueum relinquitur, ad ilia utrinque adductum prioribus circuitibus inseritur, sic, ut extremum pendeat, quod quatuor digitorum longitudinem aquet, quo fit, ut thoracis fimbrias representet.

Thorax ad idem X. literam representans.

LXX XIII.

Fasciam ilibus primum à dextra parte iniectio, & oblique per latus & medium pectus trahito ad humeri caput, ab eoque ad alam, atque iterum ad humeri caput super partem priorem ad effigiem X. litera, post oblique per dorsum ad ilia super caput primo iniectum, deinceps per ventrem ad ilia sinistrae partis in orbem circumducito, deinde per dorsum priori parti aduersam, sic, ut ibi eiusdem litera similitudinem habeat, ad caput humeri dextrum, post hæc sub alam demittito, & rursus ad caput humeri circumagito sic, ut ibi similitudo X. litera fiat, post hæc per medium pectus ac latus oblique ad ilia sinistrae partis, nouissimè in orbem circumdato, atque ad eandem rationem

nem

nem voluito, dum que liganda sunt, omnia includantur.

Stella. LXXXV.

Adhibito vinculo, cui nomen est thorax X. literam representans debet angustior fasciola dari in orbem semel aut iterum circa pectus & dorsum, & extremo capite fibula deuinciri.

Geranis in speciem fscellæ. LXXXVI.


Idem potest, quod cataphracta, eius autem ratio est, à dorso incipit, & obliquè per scapulas ad eam partem procedit, ubi iugulum cum lato scapularum osse committitur, inde sub ala demissa eodem reuertitur, ut similitudinem X. literæ super eandem commissuram accipiat. post hæc obliqua per mammam ad umbilicum, ibique conuersa obliquè trahitur ad alteram mammam: atque ad eam partem, ubi iugulum cum lato scapularum osse committitur, ut ibi litera X. figuram accipiat, deinde per dorsum demittitur, & in orbem datur circa latera, atque ad eandem rationem circuit.

Stella à posteriori parte se ostendens. LXXXVII.

Vuliter adhibetur, quibus deuincire dorsum oportet, sic autem circumdatur, ab ilibus orsa puta sinistra partis, per dorsum tendat ad caput humeri dextri, inde ad alam, ab eaque per latum scapularum os sinistra partis ad

alam atque humeri caput, dehinc oblique per
dorsum feratur priori parti aduersa, post hac
semel aut iterum in orbem circa illa detur,
eoque ambitu extrema pars contineatur. Ean-
dem quoque sic circumagere licet, ut à priori
parte oculis exponatur, id quod fit, ubi non à
priori parte, sed à posteriori aequè circumeat.

Vinc



Vinculum quod à fulmine *λεξάν.*

vi^o appellatur. LXXXVII.

Idem efficit, atque illud, quod proxime possum est, fasciam iuxta longitudinis atque latitudinis mediam in longitudinem scindimus, dum recipere caput possit, ex capitibus vero unum à ventre, alterum à dorso patimur dependere, post hæc imponimus id vinculi, cui nomen est Thorax X. literam representans, imaque capita prioris fasciæ scissa in plures partes pendere sinimus.

Simplex vinculum ad cervicem. LXXXIX.


Commodissimum est, ubi res poscit alteram cervicem partem alligari, incipit autem à medio latere, & per dorsum fertur ad cervicem & pectus, post hæc ad latus super caput primo iniectum, deinde per thoracem in orbem.


Duplex XC.

Fascia primum ala circumdari debet, tum obliquè per dorsum ad cervicem procedere, inde ad pectus, & alam atque alteram alam, post hæc obliquè per pectus ad cervicem ita, ut ibi X. literam representet, deinde obliquè per dorsum ad alam, ac postremo in orbem circumagi, atque ad eandem rationem circumire.

Cuspis, siue hamus. XC I.

Bina fasciola, quæ & longitudinem conveniunt





Rhombus simplex. XCII.

Iſſidem prodeſt, quibus proximè adſcripta, conficitur autem ex duplici vinculo ad ceruices, & ex Geranide, antè dictis.

Rhombus duplex ad idem. XCIII.

Fascia ab ilibus orſa obliqua per iugulum fertur ad latum ſcapularum os, inde ad alā, ab eāque ad iugulum ita, vt quā iugulum cum lato ſcapularum oſſe committitur, referat ſimilitudinem literæ K. poſt hæc tranſuerſa per col- lum ad alterum iugulum, tum ſub ala demitti- tur, atque ad idem iugulum reuertitur, vt ibi quoq; ſimilitudo K. literæ fiat, inde obliqua per mammam porrigitur ad ilia contraria partis ſic, vt in pectore eandem literam referat, poſt- eā in orbem circa ilia fertur, & obliqua per dor- ſum tendit, quā iugulum cum lato ſcapularum oſſe committitur, inde ad alam demiffa eodem reuertitur, tum tranſuerſa per priorem partem quā iugulum cum oſſe pectoris, & quā cum la- to ſcapularum oſſe committitur, & obliqua per dorſum ad ilia, poſtremo in orbem. Cum hoc etiam imponitur, vel duplex geraniū, vel ſim- plex vinculum, ad ceruicem, vel etiam duplex.

Soſtrati λυγρύνη. XCIII.

Proſicit vbi medium pectus & dorſum de- ligandum eſt, ſic autem obuoluitur. duo inijci vincula oportet, & quod cuſpis & quod ſtella nuncupatur, tantummodo capita, quæ in ſtella per

per fibulam inter se iungebantur, ad ilia addu-
cta dependent.

Apollonij iunioris *ἡμικράνιον*.

x c v.

Fasciolas, quas in cuspide adhibuimus, ad
humerorum capita damus, tum duplex vincu-
lum ad ceruices iniicimus, deinde geranida in
speciem fiscella.

Sostrati parua ara. x c vi.

Speciosa est, siquidem obuoluta parua ara
angulos representat. Primum deligetur vincu-
lum ad ceruices, deinde geranis in speciem fiscel-
lae, quo facto adicitur vinculum Sostrati ad
pectus cum fasciolarum suspendentibus.

Eiusdem paruum templum. x c vii.

Hoc etiam *ὡς* decorum est, *ὡς* idem proficit.
recto vinculo Sostrati impedito, illud iniicien-
dum est, quod *Quadriga* nominatur.

Apollonij Thirij paruum tem-
plum. x c viii.

Bina fasciola super dorsum dantur, quem-
admodum in vinculo recto Sostrati ad pectus,
postea simplex rhombus circumagitur.

Geranis in specie fiscellae in priori
parte se ostendens. x c ix.


A latere orsa obliqua per pectus eo ducenda
est, ubi iugulum cum lato scapularum osse co-
mittitur, inde sub alam, ab hac eodem reuerfa
per collum transversa ducenda est ad commissu-
ra

fasciam in gultu alterius parvis cum lato scapularum
osse, deinde sub ala à priori parte versus poste-
riorem ad eandem commissuram porrigenda, in-
de obliqua per pectus, & postremo in orbem
circa illa. Idem quoque vinculum à posteriori
parte se ostendit, si circuitus, qui à priori parte
fuerant in posteriori collocemus, & eos, qui à
posteriori, in priori.

Auriga. c.

Valeat ad latera deliganda, atque ad hunc
modum inicitur. Media fascia collum compre-
hendimus, capitâque obliqua per pectus attra-
himus, ibique inter se implicata sub alas addu-
cimus ad dorsum, ubi rursus implicamus, atq;
ita, donec totum thoracem deligauerint, modo à
posteriori, modo à priori parte implicamus, ex-
tremâque inter se deuincimus, quo vinculo riu-
tur aurige ad latera continenda.

Expositis fasciis, quæ thoraci accommodan-
tur, proximum est, ut ad reliquas pergamus.



EX HELIODORO.

Affluta fascia ad mammam. CI.

Fasciam, cuius longitudo ac latitudo sit proportionem hominis duplicamus, tum initio, facto à medio eius partis, quæ duplicatur, summus deorsum oblique tendentes, deinceps omne id, quod super futuram est, excidimus, ut pilei modo sinus fiat, qui mammam, & quod superinieclum est, capiat. utrunque huius fasciæ caput in duos scindimus, deinde ab altera parte sinus, quæ contra futuram est, & veluti labrum linteæ, fasciolam latam circiter digitos duos à latere sinus sic, ut alterum caput longius sit, breuius alterum, quæ fasciola cingulus dicitur. vincienti ratio est. sinus datur ad mammam, ut ipsam comprehendat, longius verò cinguli caput per dorsum attrahitur ad integram mammam, & cum breuiori nodum accipit. ex capitibus scissis priora duo sursum feruntur ad ceruices, ita, ut dexteriori sinistrum, sinisteriori dextrum procedat, penderéque sinatur, quibus cum reliqua duo capita colligantur.

Glomerata fascia ad mammam.

CII.

Longioris fasciæ, quæ tantum latitudinis habeat, quantum usus requirit, caput in duas partes scissum detur iuxta integram mammam, fasciæ verò per dorsum oblique ad utriusque mammam procedat, ab eaque ad alteram, post hæc super


super dorsum, inde ad affectam mammam à superiori parte deorsum porrigatur, ut inter vtranque mammam X. litera figuram accipiat, sepiusque ad eandem rationem circumeat, dum quæ nuda sunt, omnia cōtegātur. extrema verò fascia scindatur, tum scisse partes inter se vinciantur altero nodo sub integrâ mamma, altero suprà collocato.

EX SORANO.

Duplex in vtranque partem ducta,
à superiori parte deorsum. CII.

Medie fasciæ, quæ pectori transversa circumdetur, altera assuitur, donec vtranque mammillam pertransierit, hæc capitibus suis vellâ ad collum datis ex eo suspenditur, illa per dorsum procedit, vtriusque capita inter se vinciuntur, ut deligandis mammis accommodentur.

Vinc



Vinculum suspendens sex habens
capita. CIIII.

Suspendenti vinculo quatuor capitum circa
mediam futuram, alia fascia transversa assu-
tur, cuius capita, ubi (ut dictum est) deligueri-
mus, in dorso inter se vinciuntur, ne, aut r. solui
vinculū possit aut r. r. sum, fieri. Habet autem
eundem r. sum, quem proximè traditum.

NUNC GALENVS.


Iunctura ad alterum inguen. C.V.

Expediitissima est, uti alligare inguen. opor-
tet. Injicitur autem hec modo. fascia ab illo
orsa oblique per clunes ferri debet à parte in-
guinis vitiatæ inter anum & naturale, post hæc
sursum procedere ad inguen, tum in orbem per
coxam ad ilia super partem prius inieclam, &
ab inferiori parte sursum adduci.

Ad virumque inguen. C.VI.

Abdomini fascia caput injicito, eamque obli-
que per coxam inter anum & naturale attra-
hito ad inguē ab inferiori parte sursum, deinde
iuxta caput primò inieclum ad coxam, atque
inter anum & naturale ad alterum inguen ab
inferiori parte sursum, post hæc infra umbili-
cum, sicque circumagito, dum inguen virum-
que includatur.

Eadem



Eadem in vtrunque partem ducta. C V I I.

Media fascia incipit ab inguine, capitâque eius ad coxam data litere X. figuram accipiunt, & vnum ad inguen, alterum ab exteriori parte procedit, deinde ambo in vnum adducuntur, atque ad eandem rationem circumcūti.

Aliter ad alterum inguen. C V I I I.

Vnum fascia caput, quod breuius sit, nec duorum vel trium cubitorum longitudinem excedat, ab inguine dependeat, alterum vero glomeratum, per ilia ad coxam ducitur atque abdomen, inde oblique ad coxam & inguen circumagatur ab inferiori parte sursum, tum ad ilia & coxam ac per ilia contrariae partis ad abdomen, tuncque caput dependens ad inguen sursum conuertatur sic, ut ibi finis fiat, qui altero capite, quod glomeratum est, comprehendatur, post hæc rursus quod glomeratum est, per inguen & coxam ducatur ad abdomen, rursusque primum caput duplicetur à superiori parte deorsum, & eo, quod glomeratum est, comprehendatur, ac dum fascia desinat, alterum quidem duplicetur, alterum superdetur nouissime fibula imponatur.

Aliter ad vtrunque. C I X.

Fasciola media lumbos complectimur, capitâque eius ab inguine non secus quàm in iunctura ad alterum inguen finimus dependere,

tum

tum alteram fasciam à ventre orsam, quemadmodum in iunctura ad utrumque inguen circumdamus, capita verò quæ pendebant, quemadmodum in simplici dictum est, duplicamus.

Pecten seu vinculum suspendens ad colem. C X.

Fasciola media lumbis iniicienda est, capitâque eius super ventrem adducta nodo inter se iuncta, tum alterius fasciæ glomeratæ caput Zonæ inferendum, reliqua pars ad colem datâ in Zonam rursus à superiori parte deorsum coniicienda, post hæc sub colem & ad Zonam, postremo testiculos complexa, in Zonam demittenda est.

Aliter. C X I.

Iniecta Zonæ fasciæ caput super colem imponatur, eâque circa ipsum in orbem detur, donec totum includat, deinceps ad Zonam feratur, ab eâque ad colem, atque inde rursus ad Zonam; novissime testiculos amplexa in Zonam demittatur.

Idem ex fascia scilla ac zona. C X I I.

Linteam iustæ magnitudinis scindito in partes quatuor sic, ut medium integrum relinquatur, quo colem excipito, tum ab altero capite scissas partes in vicinâ colis findito, in quæ scissa coniuncto partes alterius capitis, cingulôque inserto, & nodo alligato.



EX HELIODORO.

Vinculum ad alterum inguen, quod
nonnulli dixerunt cancerum pro
inguine. CXIII.

Fascia ab ilibus contrarie partis incipiens
obliqua fertur ad lumbos, deinde ad inguen,
quod vinciri debet, ab eoque ad summam co-
xam porrigitur, post hac ad idem inguen reuer-
satur ad regionem, que sub umbilico est, ut
X. litera figuram accipiat, ab eaque ad ilia al-
terius partis, sicq; circumagitur, donec, que nu-
da sunt, omnia complectatur, tuncque utiliter
semel in orbem ambit circa lumbos, & infra
umbilicum. Prodest autem quibus deinceps
inguen oportet.

Ad utrunque inguen.

CXIII.

Vbi vinculum adhibuerimus ad alterum in-
guen, omisso circuitu in orbem, in vinculo ad
utrunque inguen fasciam à lumbis attrahimus
ad alterum inguen, deinceps ad summam co-
xam, ab eaque ad idem inguen, ut in altero si-
militudo X. litera fiat, deinde ad lumbos addu-
cimus, post hac eatenus hac ratione obuolu-
mus, ut que nuda sunt, includamus. Valet ad
utraq; inguina deligenda, neque ab re est vl-
tra propositos circuitus, in orbem quoque fa-
sciam circumagere.

F 4

Iunctura ad inguen tuendum.

C X V.

Fascia glomerata, à capite duodecim interpositis digitis fasciolam assuere duorum cubitorum oportet, eoque capite super illa contraria partis iniecto, fasciolam rectam à posteriori parte per lumbos & clunes demittere inter anum & naturale, obuolutamque inguini vi-
tato sursum porrigere, deinde glomeratam fasciam huiusmodi circumagere, per quem ambitum fasciola attrahitur quasi per nodum, ubi vero huiusmodi circuitibus in orbem inguen adstrictum est, fasciola ad summam coxam porrigitur, ab eaque ad idem inguen, & ad eam regionem, quæ sub umbilico est, quo facta ex fascia glomerata vinculum fit ad alterum inguen, nodumque accipit sub umbilico. Pertinet autem hoc vinculum ad eos, quibus propter varices, qui inguen implent, manus curatio admoetur.


Afluta iunctura ad anum.

C X V I.

Fascia sumi debet eatenus longa, ac lata, ut huic iunctura sufficiat, cui ab vno capite altera valentior fascia lata circiter digitos tres transuersa assuenda est, hæc Zone nomē inuenit: tum eidem fasciæ intervallo puta nouem digitorum alia fascia transuersa, perinde lata ut Zona, similiter assuenda est, cuius partes utrinque ad-
iunct

iuncta crura nuncupantur: alteram verò caput recte fasciæ, quod contra suturam est, scindendum in duo crura. Homo igitur explicata Zona cingatur, recta verò fasciæ per lumbos procedat ad anum atq; inter ipsum & naturale, eiusq; crura ad inguina ducta Zone inserantur: post hæc adiuncta crura arctata in Zonam demittantur, atq; ibi cum cruribus alligentur. quod vinculum sine adiunctis cruribus nonnulli ad calculosos, ubi calculus euulsus esset, adhibere: id nos ob nodorum inæqualitatem rejicimus, ne pars umbilico subiecta urgeatur. vesica enim inæqualiter compressa inflammationi obnoxia est. deligamus autem, quibus calculus euulsus est, parua fasciæ, quam proximè ad inguen proposuimus: sed nunc breviorẽ rectam fasciolam assuimus, extremamq; scindimus in duas partes. hæc autem iunctura illis longè commodior est, quàm quæ ani causâ iniicitur. siquidem glomerata fasciæ in orbem voluta lumbos & omne id, quod sub umbilico est, tegit, extremamq; sub umbilico prioribus circuitibus assuitur. ex recta verò fasciæ, quod integrum est, ad anum & inter ipsum & naturale demittitur. partes verò scissæ ad inguina attractæ in priores circuitus immittuntur, quæ vincendi ratio, calculosis, ubi scelli sunt, aptissima est.

E §



Scissum vinculum ad scrotum. CXVII.

Linteum pro hac ipsa iunctura longum latumque, ab utroque capite in quatuor partes dividitur, sic, ut ab uno breviores sint, ab altero longiores, deinde à medio versus breviores exciditur, donec, ubi usus requiritur, coles eo cauo excipiantur. Zonam ergo inungere primum homini oportet, tuncque ex brevioribus partibus lintei medias duas in Zonam demissas, inter se deincire, & reliquas duas in eandem Zonam coniectas pati dependere. quo facto coles per id cauum excipi debet. scrotumque totum comprehendit integro linteo, ex cuius partibus longioribus, due exteriores scroto involuende sunt, ita, ut dextra sinisteriori, dexteriori sinistra procedat, deinceps in Zonam demisse eo modo, quo priores permittende sunt pendere, reliquae due media scroto similiter iniectae, ut dextra sinisteriori, dexteriori sinistra procedat, per summas coxas in eandem Zonam demittende, & cum prioribus partibus per dentibus alligande.

EX SORANO.

Iunctura ad scrotum ex capitibus.

CXVIII.

Vni extrema fasciae assuatur altera media ad imaginem literae T. harum, quae transversa est, hominem cingat: quae recta feratur ad scrotum, ibique eatenus incidatur, quatenus coles suo cauo recipiantur, extremamque ad Zonam alligetur, ut scroti vitis accommodetur.

EX HELIO



EX HELIODORO.
Fascia glomerata ad cubitum.

CXIX.

Incipit ab imo humero in vicinia cubiti, atque in orbem circumagitur, post hæc obliqua ducitur per priorem cubiti partem, quâ secari venæ solent, tum brachio in orbem obvoluta obliqua ad humerum reuertitur, sic, ut in prioris parte cubiti X. literam representet, sic autem circuit, donec tegantur, quæ nuda sunt, et ubique à latere nodum accipiat. Illud autem commune est humeri brachij alteriusve membri vinciendi, quod fasciæ in orbem ferri debent, cum eo ut interdum etiam obliquæ procedant, quo vinculum firmitus hæreat. Huius vero fasciæ extremitas vel inferioribus assuenda est, vel angustiori fasciola vincienda est, aut in duo capita sciendæ, quæ ab altera membri parte nodo inter se alligantur.

Iunctura in orbem, quidam adiungunt sub auctore Hippocrate.

CXX.

Huius vinculi ratio est, ut fascia super aliquod membrum pluribus circuitibus in orbem ambiat, rectè autem inijcitur, ut membrum contineat, quod in suum locum restituitur, magis vero pertinet ad corporum, quæ abscesserunt glutinationem, his seruatis, quæ ad artificiosam fasciandi rationem pertinent, abscedentium enim ore in

ore in inferiori parte sito fascia à superiori parte deorsum procedit, ut humores excernantur, & eorum, quæ abscesserunt alterum alteri insidat, ut glutinentur: sed si vlcus superius sit, ut materia ab inferiori parte sursum sub vinculo excernatur: ubi vero abscediia corpora transuersa sint, fascia ab ipsis circumdetur versus os, ut humor emitatur.

Menecriti vinculum ad partes extremas. CXXI.

Ab extremo brachio prope manum orsi, ubi fasciam semel in orbem duxerimus, obliquam attrahimus per primam palmæ partem, deinde per palmam ipsam circumagimus priori parti aduersam, ita ut ad primam palmæ partem reuertatur, prope ipsam prius X. litera similitudine accepta, atque ad eandem rationem obuoluimus, dum quæ nuda sunt, contegantur. Adhibentur autem utilissimè ubi & primam palmæ partem, & palmam alligari necesse sit.

Cancer. CXXII.

Angustioris fasciæ, cuius latitudo exempli causa digitum æquet, capite super primam palmæ partem impoſito, ipsa per palmam attrahenda est, & ab interiori parte versus exteriorè obliquè ad pollicem adducenda, tum circa ipsum ab exteriori parte obliquè porrigenda ad primam palmæ partem aduersa parti prius iniecta sic, ut super exteriora pollicis X. literam referat,

referat, atque ad eandem rationem satenus vol-
uenda, ut omnia complectatur, nouissimæque
circa primam palmæ partem data finienda est.
commodissime autem obvoluitur ab vinciendo
pollicem, quem *ἀντίχειρα* vocant.

EX SORANO.

Iunctura ad primam palmæ partem.

CXXIII.

Orsa à prima parte palmæ obliqua versus
palmam ducatur, deinde per palmam ipsam
transuersa, postremò in orbem circa primam
palmæ partem, ut quibus hanc ipsam vincire
volunt, accommodetur.

Vinculum oppositum. CXXIII.

A prima palmæ parte incipiens, post ipsam
obliquè circa pollicem obvoluitur, tum obliquè
à priori parte manus ad primam palmæ par-
tem porrigitur, itaque in orbem attrahitur, ut
vinciendo pollicem aptetur.

Vinculum, ut in palæstra ductum. CXXV.

Adhibito vinculo opposito fasciam insuper
obliquè prope primam palmæ partem versus di-
gitos circumdamus, deinde in orbem circa indi-
cem post hæc obliquè aduersam parti prius inio-
cta: prope primam palmæ partem attrahimus,
idèmq; facimus circa reliquos digitos, ut illis
idoneum sit, quibus tam quod prope primam pal-
mæ partem versus digitos est, quam quod post
digitorum articulos, vinciri debet.

Rhoma



Rhombus ad medium membrum.

CXXVI.

Fasciæ caput membro inijcimus, eamque super id obliquam ducimus, post hæc in orbem, deinde aduersam parti prius obuolutæ, atque ab altera parte in orbem, ut ad eas fracturas conferat, quibus carnis quoque vulnus accessit.

Rhombus multiplex ad vnicum membrum.

CXXVII.

Super extremam vnius membri partem fasciæ imponitur, & per ipsum æquis interuallis quasi in cochlea serpit vsque ad alteram extremitatem, quam in orbem complexa, obliquè circuit, & in orbem datur aduersa parti prius iniectæ certa seruans interualla, ut vis, quæ comprehendit, accommodetur.

Palma habena.


CXXVIII.

Orsa à summo membro, obliqua per mediū ad imum feratur, & in orbem circa ipsum datur, post parti prius iniectæ aduersa ad summum reuertatur, & iuxta eosdē circuitus ambiat, ut eas partes fideliter contineat, quæ recenti callo glutinatæ sunt.

e

Tradita innectura hac est ad femur, ubi id aliqua parte vulneratum sit, & adiuncte partes abscedant, cuius ratio est. Ab inferiori parte vlcus fascia in orbem circuit, inde obliqua ducitur à latere vlcus, & rursus in orbem à superiori parte vlcus attrahitur, tum obliqua ad imaginem literæ x. deorsum demittitur, deinceps convenienti intervallo huiusmodi vlcus obliqua porrigitur semel ab inferiori parte sursum. semel à superiori deorsum, ita, ut huiusmodi litera x. representetur, & in medio rhombus super vlcus collocetur, quo per medium intervalum nudatum humores excernantur. Circuit autem ad eandem rationem, donec quæ nuda sunt excipiat, eoque sit, ut quæ abscesserunt sub vinculo, quasi sponte sua ad glutinationem veniant, nudatoque vlcere, quicquid humoris collectum est, effundatur.

Rhom



Rhombus inæqualium crurum.

CXXX.

Ubi proximum vinculum inieceris, requirit quod nunc proponitur, ut fascia per vulnus feratur, etiam obliqua. eo usi sunt, quibus operiendi quoque vulneris consilium fuit.

Afcia. CXXXI.

Scribunt, qui huiusmodi iuncturam adhibuerunt, ipsam utiliter iniici, quibus vulnera, eo femore proxima partes diducuntur. sic autem iniici debet. voluenda sub vulnere fascia est in speciem ascie sic, ut pars gibba deorsum, sima sursum spectet, deinde super vlcus iterum in speciem ascie priori aduersa circumagenda est, atque ad eandem rationem attrahenda, dum qua nuda sunt contegat, ab inferiori parte sursum, et a superiori deorsum procedens, interdum etiam per vlcus, ut ipsum operiat.

Vinculum à latere. x. literam representans.

CXXXII.

Fasciam imo femori in orbem prope genu circumagimus, tum oblique ducimus, et rursus parti prius iniecta aduersam attrahimus sic, ut à latere genu literæ. x. similitudinem referat, eodemque modo circumducimus. Potissimum autem pertinet ad eos, quibus genu in alteram partem lapsum reconditum est. representanda

ver

verò X. litera est ab ea parte, in quam ex-
cidit.

Testudo. CXXXIII.

Super genu fasciam tendere in orbem oportet, inde obliquam à superiori parte deorsum per patellam demitti ad poplitem, ibique sub genu in orbem iterum circumagi, & parti prius iniecta aduersam super patellam procedere in speciem literæ X. post hæc per poplitem & patellam in orbem circuire, atque ad eandem rationem obuolui. conuenit autem patella, quomodocunque sua sede proruperit.

G 3





Ad Calcem. CXXXVIII.

Circumagenda fascia est circa talos in orbem, inde à posteriori parte ex vno latere nervi lati obliquè ducenda ad alterum latus, tunc circa calcem voluenda, ab eoque ad superiora pedis porrigenda, atque ad eandem rationem circumdanda. valet autem ad calcem alligandum.

Ad talos. CXXXV.

Fascia super talos datur, inde obliqua ad superiore pedis porrigitur, post hæc sub plantam demittitur sic, ut ad superiorem partem reuërta X. litera similitudinem referat, alligata verò planta circumducitur in orbem. Valet, ubi vinciri talos oportet.

Spica ad plantam. CXXXVI.

Fascia in orbem magnum digitum completatur, ab eoque per plantam procedat circa talos, inde obliqua reuertatur ad plantam sic, ut non longè à minimo digito similitudo literæ X. fiat, post hæc ad superiorem partem pedis intendat, & ad eandem rationem circumueat. Maiores vinculum hoc ad magnum digitum deligandum memorie prodiderunt: nobis verò superuacaneum videtur digitum alligare ad plantam atque ad talos, abundè enim existimamus si cum digito, & planta pars pedis superior vinciatur (quemadmodum propositum est in digitis manus.)

Fasciam primò talis injicimus, tum per ipsos obliquam ducimus ad plantam, ab eaque ad alteram partem talorum obliquam attrahimus, postremò circa cruris in orbem porrigimus, ut illis accommodetur, quibus deuincire talos conuenit.

Fascia caput sub talis injicito, eaque circa ipsos obliquè ad plantam demittito, tum obliquè circa calcem, & in orbem iuxta talos adducito, ut illis aptetur, quibus obligare calcem volumus.

FINIS GALENI DE
FACIIS.

Benedictus Lombelus
 Gascuina
 3 6 11 16 21 26 31 36 41 46 51 56 61 66 71 76 81 86 91 96 101 106 111 116 121 126 131 136 141 146 151 156 161 166 171 176 181 186 191 196 201 206 211 216 221 226 231 236 241 246 251 256 261 266 271 276 281 286 291 296 301 306 311 316 321 326 331 336 341 346 351 356 361 366 371 376 381 386 391 396 401 406 411 416 421 426 431 436 441 446 451 456 461 466 471 476 481 486 491 496 501 506 511 516 521 526 531 536 541 546 551 556 561 566 571 576 581 586 591 596 601 606 611 616 621 626 631 636 641 646 651 656 661 666 671 676 681 686 691 696 701 706 711 716 721 726 731 736 741 746 751 756 761 766 771 776 781 786 791 796 801 806 811 816 821 826 831 836 841 846 851 856 861 866 871 876 881 886 891 896 901 906 911 916 921 926 931 936 941 946 951 956 961 966 971 976 981 986 991 996 1001 1006 1011 1016 1021 1026 1031 1036 1041 1046 1051 1056 1061 1066 1071 1076 1081 1086 1091 1096 1101 1106 1111 1116 1121 1126 1131 1136 1141 1146 1151 1156 1161 1166 1171 1176 1181 1186 1191 1196 1201 1206 1211 1216 1221 1226 1231 1236 1241 1246 1251 1256 1261 1266 1271 1276 1281 1286 1291 1296 1301 1306 1311 1316 1321 1326 1331 1336 1341 1346 1351 1356 1361 1366 1371 1376 1381 1386 1391 1396 1401 1406 1411 1416 1421 1426 1431 1436 1441 1446 1451 1456 1461 1466 1471 1476 1481 1486 1491 1496 1501 1506 1511 1516 1521 1526 1531 1536 1541 1546 1551 1556 1561 1566 1571 1576 1581 1586 1591 1596 1601 1606 1611 1616 1621 1626 1631 1636 1641 1646 1651 1656 1661 1666 1671 1676 1681 1686 1691 1696 1701 1706 1711 1716 1721 1726 1731 1736 1741 1746 1751 1756 1761 1766 1771 1776 1781 1786 1791 1796 1801 1806 1811 1816 1821 1826 1831 1836 1841 1846 1851 1856 1861 1866 1871 1876 1881 1886 1891 1896 1901 1906 1911 1916 1921 1926 1931 1936 1941 1946 1951 1956 1961 1966 1971 1976 1981 1986 1991 1996 2001 2006 2011 2016 2021 2026 2031 2036 2041 2046 2051 2056 2061 2066 2071 2076 2081 2086 2091 2096 2101 2106 2111 2116 2121 2126 2131 2136 2141 2146 2151 2156 2161 2166 2171 2176 2181 2186 2191 2196 2201 2206 2211 2216 2221 2226 2231 2236 2241 2246 2251 2256 2261 2266 2271 2276 2281 2286 2291 2296 2301 2306 2311 2316 2321 2326 2331 2336 2341 2346 2351 2356 2361 2366 2371 2376 2381 2386 2391 2396 2401 2406 2411 2416 2421 2426 2431 2436 2441 2446 2451 2456 2461 2466 2471 2476 2481 2486 2491 2496 2501 2506 2511 2516 2521 2526 2531 2536 2541 2546 2551 2556 2561 2566 2571 2576 2581 2586 2591 2596 2601 2606 2611 2616 2621 2626 2631 2636 2641 2646 2651 2656 2661 2666 2671 2676 2681 2686 2691 2696 2701 2706 2711 2716 2721 2726 2731 2736 2741 2746 2751 2756 2761 2766 2771 2776 2781 2786 2791 2796 2801 2806 2811 2816 2821 2826 2831 2836 2841 2846 2851 2856 2861 2866 2871 2876 2881 2886 2891 2896 2901 2906 2911 2916 2921 2926 2931 2936 2941 2946 2951 2956 2961 2966 2971 2976 2981 2986 2991 2996 3001 3006 3011 3016 3021 3026 3031 3036 3041 3046 3051 3056 3061 3066 3071 3076 3081 3086 3091 3096 3101 3106 3111 3116 3121 3126 3131 3136 3141 3146 3151 3156 3161 3166 3171 3176 3181 3186 3191 3196 3201 3206 3211 3216 3221 3226 3231 3236 3241 3246 3251 3256 3261 3266 3271 3276 3281 3286 3291 3296 3301 3306 3311 3316 3321 3326 3331 3336 3341 3346 3351 3356 3361 3366 3371 3376 3381 3386 3391 3396 3401 3406 3411 3416 3421 3426 3431 3436 3441 3446 3451 3456 3461 3466 3471 3476 3481 3486 3491 3496 3501 3506 3511 3516 3521 3526 3531 3536 3541 3546 3551 3556 3561 3566 3571 3576 3581 3586 3591 3596 3601 3606 3611 3616 3621 3626 3631 3636 3641 3646 3651 3656 3661 3666 3671 3676 3681 3686 3691 3696 3701 3706 3711 3716 3721 3726 3731 3736 3741 3746 3751 3756 3761 3766 3771 3776 3781 3786 3791 3796 3801 3806 3811 3816 3821 3826 3831 3836 3841 3846 3851 3856 3861 3866 3871 3876 3881 3886 3891 3896 3901 3906 3911 3916 3921 3926 3931 3936 3941 3946 3951 3956 3961 3966 3971 3976 3981 3986 3991 3996 4001 4006 4011 4016 4021 4026 4031 4036 4041 4046 4051 4056 4061 4066 4071 4076 4081 4086 4091 4096 4101 4106 4111 4116 4121 4126 4131 4136 4141 4146 4151 4156 4161 4166 4171 4176 4181 4186 4191 4196 4201 4206 4211 4216 4221 4226 4231 4236 4241 4246 4251 4256 4261 4266 4271 4276 4281 4286 4291 4296 4301 4306 4311 4316 4321 4326 4331 4336 4341 4346 4351 4356 4361 4366 4371 4376 4381 4386 4391 4396 4401 4406 4411 4416 4421 4426 4431 4436 4441 4446 4451 4456 4461 4466 4471 4476 4481 4486 4491 4496 4501 4506 4511 4516 4521 4526 4531 4536 4541 4546 4551 4556 4561 4566 4571 4576 4581 4586 4591 4596 4601 4606 4611 4616 4621 4626 4631 4636 4641 4646 4651 4656 4661 4666 4671 4676 4681 4686 4691 4696 4701 4706 4711 4716 4721 4726 4731 4736 4741 4746 4751 4756 4761 4766 4771 4776 4781 4786 4791 4796 4801 4806 4811 4816 4821 4826 4831 4836 4841 4846 4851 4856 4861 4866 4871 4876 4881 4886 4891 4896 4901 4906 4911 4916 4921 4926 4931 4936 4941 4946 4951 4956 4961 4966 4971 4976 4981 4986 4991 4996 5001 5006 5011 5016 5021 5026 5031 5036 5041 5046 5051 5056 5061 5066 5071 5076 5081 5086 5091 5096 5101 5106 5111 5116 5121 5126 5131 5136 5141 5146 5151 5156 5161 5166 5171 5176 5181 5186 5191 5196 5201 5206 5211 5216 5221 5226 5231 5236 5241 5246 5251 5256 5261 5266 5271 5276 5281 5286 5291 5296 5301 5306 5311 5316 5321 5326 5331 5336 5341 5346 5351 5356 5361 5366 5371 5376 5381 5386 5391 5396 5401 5406 5411 5416 5421 5426 5431 5436 5441 5446 5451 5456 5461 5466 5471 5476 5481 5486 5491 5496 5501 5506 5511 5516 5521 5526 5531 5536 5541 5546 5551 5556 5561 5566 5571 5576 5581 5586 5591 5596 5601 5606 5611 5616 5621 5626 5631 5636 5641 5646 5651 5656 5661 5666 5671 5676 5681 5686 5691 5696 5701 5706 5711 5716 5721 5726 5731 5736 5741 5746 5751 5756 5761 5766 5771 5776 5781 5786 5791 5796 5801 5806 5811 5816 5821 5826 5831 5836 5841 5846 5851 5856 5861 5866 5871 5876 5881 5886 5891 5896 5901 5906 5911 5916 5921 5926 5931 5936 5941 5946 5951 5956 5961 5966 5971 5976 5981 5986 5991 5996 6001 6006 6011 6016 6021 6026 6031 6036 6041 6046 6051 6056 6061 6066 6071 6076 6081 6086 6091 6096 6101 6106 6111 6116 6121 6126 6131 6136 6141 6146 6151 6156 6161 6166 6171 6176 6181 6186 6191 6196 6201 6206 6211 6216 6221 6226 6231 6236 6241 6246 6251 6256 6261 6266 6271 6276 6281 6286 6291 6296 6301 6306 6311 6316 6321 6326 6331 6336 6341 6346 6351 6356 6361 6366 6371 6376 6381 6386 6391 6396 6401 6406 6411 6416 6421 6426 6431 6436 6441 6446 6451 6456 6461 6466 6471 6476 6481 6486 6491 6496 6501 6506 6511 6516 6521 6526 6531 6536 6541 6546 6551 6556 6561 6566 6571 6576 6581 6586 6591 6596 6601 6606 6611 6616 6621 6626 6631 6636 6641 6646 6651 6656 6661 6666 6671 6676 6681 6686 6691 6696 6701 6706 6711 6716 6721 6726 6731 6736 6741 6746 6751 6756 6761 6766 6771 6776 6781 6786 6791 6796 6801 6806 6811 6816 6821 6826 6831 6836 6841 6846 6851 6856 6861 6866 6871 6876 6881 6886 6891 6896 6901 6906 6911 6916 6921 6926 6931 6936 6941 6946 6951 6956 6961 6966 6971 6976 6981 6986 6991 6996 7001 7006 7011 7016 7021 7026 7031 7036 7041 7046 7051 7056 7061 7066 7071 7076 7081 7086 7091 7096 7101 7106 7111 7116 7121 7126 7131 7136 7141 7146 7151 7156 7161 7166 7171 7176 7181 7186 7191 7196 7201 7206 7211 7216 7221 7226 7231 7236 7241 7246 7251 7256 7261 7266 7271 7276 7281 7286 7291 7296 7301 7306 7311 7316 7321 7326 7331 7336 7341 7346 7351 7356 7361 7366 7371 7376 7381 7386 7391 7396 7401 7406 7411 7416 7421 7426 7431 7436 7441 7446 7451 7456 7461 7466 7471 7476 7481 7486 7491 7496 7501 7506 7511 7516 7521 7526 7531 7536 7541 7546 7551 7556 7561 7566 7571 7576 7581 7586 7591 7596 7601 7606 7611 7616 7621 7626 7631 7636 7641 7646 7651 7656 7661 7666 7671 7676 7681 7686 7691 7696 7701 7706 7711 7716 7721 7726 7731 7736 7741 7746 7751 7756 7761 7766 7771 7776 7781 7786 7791 7796 7801 7806 7811 7816 7821 7826 7831 7836 7841 7846 7851 7856 7861 7866 7871 7876 7881 7886 7891 7896 7901 7906 7911 7916 7921 7926 7931 7936 7941 7946 7951 7956 7961 7966 7971 7976 7981 7986 7991 7996 8001 8006 8011 8016 8021 8026 8031 8036 8041 8046 8051 8056 8061 8066 8071 8076 8081 8086 8091 8096 8101 8106 8111 8116 8121 8126 8131 8136 8141 8146 8151 8156 8161 8166 8171 8176 8181 8186 8191 8196 8201 8206 8211 8216 8221 8226 8231 8236 8241 8246 8251 8256 8261 8266 8271 8276 8281 8286 8291 8296 8301 8306 8311 8316 8321 8326 8331 8336 8341 8346 8351 8356 8361 8366 8371 8376 8381 8386 8391 8396 8401 8406 8411 8416 8421 8426 8431 8436 8441 8446 8451 8456 8461 8466 8471 8476 8481 8486 8491 8496 8501 8506 8511 8516 8521 8526 8531 8536 8541 8546 8551 8556 8561 8566 8571 8576 8581 8586 8591 8596 8601 8606 8611 8616 8621 8626 8631 8636 8641 8646 8651 8656 8661 8666 8671 8676 8681 8686 8691 8696 8701 8706 8711 8716 8721 8726 8731 8736 8741 8746 8751 8756 8761 8766 8771 8776 8781 8786 8791 8796 8801 8806 8811 8816 8821 8826 8831 8836 8841 8846 8851 8856 8861 8866 8871 8876 8881 8886 8891 8896 8901 8906 8911 8916 8921 8926 8931 8936 8941 8946 8951 8956 8961 8966 8971 8976 8981 8986 8991 8996 9001 9006 9011 9016 9021 9026 9031 9036 9041 9046 9051 9056 9061 9066 9071 9076 9081 9086 9091 9096 9101 9106 9111 9116 9121 9126 9131 9136 9141 9146 9151 9156 9161 9166 9171 9176 9181 9186 9191 9196 9201 9206 9211 9216 9221 9226 9231 9236 9241 9246 9251 9256 9261 9266 9271 9276 9281 9286 9291 9296 9301 9306 9311 9316 9321 9326 9331 9336 9341 9346 9351 9356 9361 9366 9371 9376 9381 9386 9391 9396 9401 9406 9411 9416 9421 9426 9431 9436 9441 9446 9451 9456 9461 9466 9471 9476 9481 9486 9491 9496 9501 9506 9511 9516 9521 9526 9531 9536 9541 9546 9551 9556 9561 9566 9571 9576 9581 9586 9591 9596 9601 9606 9611 9616 9621 9626 9631 9636 9641 9646 9651 9656 9661 9666 9671 9676 9681 9686 9691 9696 9701 9706 9711 9716 9721 9726 9731 9736 9741 9746 9751 9756 9761 9766 9771 9776 9781 9786 9791 9796 9801 9806 9811 9816 9821 9826 9831 9836 9841 9846 9851 9856 9861 9866 9871 9876 9881 9886 9891 9896 9901 9906 9911 9916 9921 9926 9931 9936 9941 9946 9951 9956 9961 9966 9971 9976 9981 9986 9991 9996 10001 10006 10011 10016 10021 10026 10031 10036 10041 10046 10051 10056 10061 10066 10071 10076 10081 10086 10091 10096 10101 10106 10111 10116 10121 10126 10131 10136 10141 10146 10151 10156 10161 10166 10171 10176 10181 10186 10191 10196 10201 10206 10211 10216 10221 10226 10231 10236 10241 10246 10251 10256 10261 10266 10271 10276 10281 10286 10291 10296 10301 10306 10311 10316 10321 10326 10331 10336 10341 10346 10351 10356 10361 10366 10371 10376 10381 10386 10391 10396 10401 10406 10411 10416 10421 10426 10431 10436 10441 10446 10451 10456 10461 10466 10471 10476 10481 10486 10491 10496 10501 10506 10511 10516 10521 10526 10531 10536 10541 10546 10551 10556 10561 10566 10571 10576 10581 10586 10591 10596 10601 10606 10611 10616 10621 10626 10631 10636 10641 10646 10651 10656 10661 10666 10671 10676 10681 10686 10691 10696 10701 10706 10711 10716 10721 10726 10731 10736 10741 10746 10751 10756 10761 10766 10771 10776 10781 10786 10791 10796 10801 10806 10811 10816 10821 10826 10831 10836 10841 10846 10851 10856 10861 10866 10871 10876 10881 10886 10891 10896 10901 10906 10911 10916 10921 10926 10931 10936 10941 10946 10951 10956 10961 10966 10971 10976 10981 10986 10991 10996 11001 11006 11011 11016 11021 11026 11031 11036 11041 11046 11051 11056 11061 11066 11071 11076 11081 11086 11091 11096 11101 11106 11111 11116 11121 11126 11131 11136 11141 11146 11151 11156 11161 11166 11171 11176 11181 11186 11191 11196 11201 11206 11211 11216 11221 11226 11231 11236 11241 11246 11251 11256 11261 11266 11271 11276 11281 11286 11291 11296 11301 11306 11311 11316 11321 11326 11331 11336 11341 11346 11351 11356 11361 11366 11371 11376 11381 11386 11391 11396 11401 11406 11411 11416 11421 11426 11431 11436 11441 11446 11451 11456 11461 11466 11471 11476 11481 11486 11491 11496 11501 11506 11511 11516 11521 11526 11531 11536 11541 11546 11551 11556 11561 11566 11571 11576 11581 11586 11591 11596 11601 11606 11611 11616 11621 11626 11631 11636 11641 11646 11651 11656 11661 11666 11671 11676 11681 11686 11691 11696 11701 11706 11711 11716 11721 11726 11731 11736 11741 11746 11751 11756 11761 11766 11771 11776 11781 11786 11791 11796 11801 11806 11811 11816 11821 11826 11831 11836 11841 11846 11851 11856 11861 11866 11871 11876 11881 11886 11891 11896 11901 11906 11911 11916 11921 11926 11931 11936 11941 11946 11951 11956 11961 11966 11971 11976 11981 11986 11991 11996 12001 12006 12011 12016 12021 12026 12031 12036 12041 12046 12051 12056 12061 12066 12071 12076 12081 12086 12091 12096